

*Hel!*

# BELLVM MUSICALE,

INTER PLANI ET MENSU-  
RALIS CANTVS REGES, DE

Principatu in Musica Pro-  
uincia obtinendo, con-  
tendentes.

BIBLIOTHECA  
REGIA  
MUSICA

CLAUDIO SEBASTIANI METEN-  
si, Organista, Authore.

ARMA VIRI FERTE ARMA



VOCAT LUX VLTIMA CIVES.

HABES CANDIDE LECTOR, IN HOC BELLO MUSICALI,  
*non solum omnes controuersias Musicorum hinc inde agitas, uerumetiam  
quicquid ad artificium ipsius Musices pertinet, opus suis figuris &  
Notis illustratum, quale antehac neq; uisum neq; audi-  
tum.. Fruaris ergo ut decet Candide.*

DVLCE BELLVM INEXPERTIS.

*CM*

✿ Ad Candidum Lectorem, ✿  
M. H. L.

Vt plerunq; facit uentosa superbia Reges,  
Prælia finitimo dira mouere Duci.  
Pectore quos uexat dominandi effrena cupido,  
Quiq; sub imperium subdere cuncta uolunt.  
Sic etiam geminos quondam dementia Reges  
Traxit, ut inferrent mutua bella sibi.  
Qui cum cepissent genitore ab Apolline Regnum,  
Atq; suæ Princeps partis uterq; foret.  
(Nam prius arua pater Musis celebrata canoris,  
Castalidum & dulces solus habebat aquas.  
Qui moriens inquit: Vobis ô pignora chara,  
Olim quæ tulimus sceptrâ gerenda damus.)  
Vndiq; dissidijs complerunt cuncta repente,  
Vt non quis fratres dixerit esse duos.  
Ense parant, armis, causam & discernere ferro  
Reges, dum socios in sua castra uocant.  
Huc Lyricum uenere Duces Regumq; phalanges,  
Illuc Cantorum turba uocata uenit.  
Confligunt telis ultroq; citroq; coruscis.  
Horridaq; accito prælia Marte gerunt.  
At nisi pace graues sedassent fortè tumultus,  
Esset Cantorum perdita prope salus.  
Vnde fit ut tales nostro sint tempore rari  
Cantores, quales qui cecinere prius.  
Horum Lector habes descriptam candidè pugnam,  
Fac modo iudicio candidiore legas.  
Non deerunt fateor lacerent qui scripta maligni,  
Qui pice pectus habent nigrius Illyrica.  
Qui si forte Ducum petiissent bella, tacerent,  
(Si modo fors ipsis posse redire daret.)  
Namq; ferunt tritis homines sermonibus, esse  
Semper inexpertis dulcia bella uiris.

ILLVSTRISSIMO  
 GENEROSISSIMOQVE PRINCIPI,  
 AC DOMINO, D. RICHARDO, APVD  
 Rhenum Comiti Palatino, Bauariæq; Duci Inclyto, atq;  
 summæ Ecclesiæ Argentinensis Præposito, Admini-  
 stratoriq; Vualdtfatie &c. Domino ac Princis-  
 pi suo Clementis. Claudius Sebasti-  
 ani, Metensis Organista,  
 S. P. D.



ICVM Boetio primam ætatem quæ sine di-  
 uitiarũ cupiditate atq; dominandi libidine fuit,  
 commendare licet, temporaq; præsentia, in quib;  
 bus dominatur & regnat auaritia deplangere  
 conceditur. Princeps Illustrissime, non immerito dixerim,  
 quod fuerit.

*Fœlix nimium prior ætas  
 Contenta fidelibus aruis,  
 Nec inertis perdita luxu,  
 Facili quæ sera solebat  
 Ieiunia soluere glande.  
 Nec Bacchica munera norat  
 Liquido confundere melle.  
 Nec lucida uellera serum,  
 Tyrio miscere ueneno.  
 Somnos dabat herba salubres:  
 Potumq; lubricus annis:  
 Umbras altissima Pinus.  
 Nondum maris alta secabat,  
 Nec mercibus undiq; lectis  
 Noua littora uiderat hospes.*

*Tunc classica seua tacebant.  
 Odijs neq; fusus acerbis  
 Cruor horrida tinxerat arma.  
 Quid enim furor hosticus ulla  
 Vellet prior arma mouere,  
 Cum uulnera seua uideret,  
 Nec præmia sanguinis ulla?  
 Vtinam modo nostra redirent  
 In mores tempora priscos.  
 Sed seuior ignibus Aethnæ  
 Feruens amor ardet habendi.  
 Heu primus quis fuit ille  
 Auri qui pondera tecti  
 Gemmasq; latere uolentes  
 Preciosa pericula fodit?*

*Boetius, de  
 Philosophicâ  
 consolatione.  
 li. 2. Metro. 5.*

\* 2

Con

## E P I S T O L A

Considerans itaq; ex animo, quanta Christiani Principes & Monarche in destructionem, ruinaq; populorum perpetrati sint: quantaq; incommoda in Musicae Prouincia, consonantiq; uiolatores, concordieq; Christianae dissipatores, Organorum, Musicorumq; Instrumentorum contemptores, contulerint, nullum non mouentes lapide, ut quae tam diu illibata, inuiolataq; extitisse satis ubiq; dinoscuntur, destruerent: (quamuis non erat is mihi animus, ut editione publicata in manus hominum ueniret, euulgareturue) de uastata iam penes Musicae Prouinciã (sicuti ex hoc cruentissimo bello uidere licet) amicis & studiosis, quorum plurima in me collata esse beneficia genuiter cõfiteor, quibusq; multũ debeo, proponere libuit. Obnixè .n. usq; adeo instabant, ut denegare non ausus fuerim, quo minus imprimeretur. Cogitanti igitur diutius (quamuis non sit par meus Lituus personãdis Tuæ Celsitudinis laudibus) in mentem uenit, ad Te uelut Patronũ Musicæ, & spei anchoram, ad quem ex omni Patria celebrium Musicorum conuentus fit, frequensq; concursus: tum quod integri ueriq; Christiani Principis simulachrum omnibus ostendis, tum quod concordiae, pacisq; semper alumnus extiteris, gressus meos dirigere: lachrymabundisq; oculis apud Celsit. T. de Musicae conqueri ruina. Cerno namq; immutatum T. C. animum ad pacis concordiaeq; studium totis uiribus incumbere, uiamq; ad cõcordiam munire: Non minus insigne beneficium præstiturum si Musicae suam quoq; restituat tranquillitatem T. Cels. cui nulla res unq; magis cordi fuit, quam concordia. Ordo fortassis confusior quam censebam esse uidebitur: id in culpa erit, quod quum initio paucis comprehendere statuissem, calor operis

ris

## D E D I C A T O R I A.

ris incitauit, ut mutata sententia longius proueheret, nec  
 erat futurus finis, nisi rerum sese offerentium, uelut im-  
 mensum Pelagus, receptui canere compulisset. Idcirco ut  
 Quintilianus inter Grammatici uirtutes collocat quædam  
 nescire: Ita in hoc argumenti genere, diligentia pars esse  
 mihi uisum fuit quædam præterire. Videmus etiam pris-  
 cis illis sapientibus hoc præcipuo fuisse studio, ut res dis-  
 gnas cognitu, uoluptatis illecebra, teneris ingenijs ineres-  
 rent: quo rudis ætas nondum matura, serijs Philosophiæ  
 præceptis per lulum disceret, quæ per omnem uitam ma-  
 gno forent usui. Hocq; consilio, Cosmographiam, Astro-  
 logiam, & Musicam naturalem, ac moralem Philosophi-  
 am, scite confictis fabulis & apologis asperferunt. In his  
 itaq; nostris uidebuntur esse quædam, quæ nihil faciant ad  
 bonos mores, sed risum modo commoueant: Ne id quis-  
 dem uitio dandum existimo, risu nonnunquam relaxa-  
 re animum curis fatigatum: modo risus sit argutus, ac li-  
 beralis. Hæc enim exhilarant iuuenum ingenia, nec me-  
 diocriter faciunt, & ad uitæ comitatem, & ad Harmoniæ  
 iucunditatem. Hæc inquam scribuntur, ut pueris, & ado-  
 lescentibus, omnibusq; Musicorum studiorum candida-  
 tis tradantur. Quapropter, si non dedignabitur Celsit.  
 T. hoc quantulumcunq; est, beneuolo animo accepta-  
 re, (multa enim multiplici argumento T. Celsitud. bene-  
 uolentiam me agnoscentem, ut illi libellum hunc nomi-  
 natim dedicem, hortantur & inuitant.) Mihi occurrit,  
 (quo mens tua agendorum mole oppressa interdum ob-  
 lectaretur) hoc appositissime Celsitudini Tuæ dedicare.  
 Et si citra iactantiam loqui fas est, eius causa uarias mundi  
 regiones, & in his uarias Ecclesias, tam Metropolitanas,  
\* 3      quàm

quàm Cathedrales, non sine graui iactura rerum, con-  
 speximus. In qua peregrinatione nostra, ad extremam  
 usq; septem Fortunatarum insularum Palmam, qua uia  
 itur ad Indos: sub Episcopatu Canariæ peruenimus. (ia-  
 cent autem contra leuam Mauritaniam, quas Iuba sub Me-  
 ridie quidē sitas, sed proximas Occasui testatur) Regna  
 Hispaniæ, Galliæ, utriusq; Germaniæ, Lothoringiæ,  
 Burgundiæ ac Heluetiæ diocesēs innumeras, urbes infi-  
 nitas, populorum ac diuerforum hominum mores penē  
 ineffabiles uidimus, Mare Oceanum magnum nauigauis-  
 mus, Montes Pyreneos conscendimus, perq; medium  
 transiuimus: non ut merces arctoy syderis (ut inquit Or-  
 nitoparchus) sed Palladios fructus cumularem: quæ  
 omnia dixisse uolo, ut experientia potius quàm præcep-  
 tis, hic quicquid insertū est, in lucem prodijisse studiosi &  
 Musici cognoscant: Quare patiat̄ obsecro Celsitud. T.  
 Tui celeberrimi Nominis titulum operi meo uelut facem  
 quandam, prælucere. Sic opus hoc Celsitud. T. nominis  
 splendore fultum, dentes Theoninos retundet: Aculeas  
 tōsq; liuidorū morsus facile uitabit. Quāuis ex meo per-  
 exili Lituo haud altius insonare queant T. Celsitud. lau-  
 des: cuius humanitati & liberalitati, tantum me debere  
 confiteor, quantum nunquam sum persoluturus, etiam-  
 si me opposuerim pignori, aut bonorum omniū meorū  
 fecerim auct̄ionem. Quod si Celsitud. T. beneficia in  
 me suppressero, quæ patere latissime solent, magnam in  
 me calumniam concitare merebor, Polliceor nihilomi-  
 nus, quod si Celsitud. T. non idoneus, saltem beneuo-  
 lus ero buccinator. Similiter ubicunq; gentium futu-  
 rus sum, certo polliceor quod Celsitud. T. Clientulum  
 habitu

DEDICATORIA.


habitura est ex animo deditum, addictumque: Daboque operam, ne prorsus ignauium aut ingratum collegisse uideatur. Vale in columis Princeps Illustrissime, atque incomparabilis Musarum Patrone, & fixus, Celsit.

T. cordi trabalibus clavis heream, Cui  
me quantus sum, mea que  
nuncupo, dicoque.

Celsitudinis T.

Observantissimus

*Claudius Sebastiani,  
Metensis Organista.*





# CLAVDIVS SEBA=

## STIANI, METENSIS,

Organista, pio lectori Musicae  
dedito,  
S. D.



**M**IRARI LECTOR HVMANISSIME poteris, quod in Musica ( quum per se harmonica sit concordia: concentuq; constare semper & concordantijs persistere solita sit ) bellum exoriri potuerit.

Nec hoc sit tibi mirum, quum tot seculis inter tam amicitia quam consanguinitate confœderatos Monarchas, qui totius penè Christianitatis imperium sub se redegerant, tam diu communia bella & intestina odia hucusq; ingrossata esse, satis grauitè conspexeris. Quorum alter à Christo, ( cuius sermo pacem prædicat ) Christianissimus dicitur, ut qui pacificus, pacis amator, promotor, & protector esse deberet, significatur. Alter autem, qui legum uiolatores, Euangelij ( in quo pax mundo per Christum denunciatur ) persecutores, nephariosq; homines acriter punire constitutus est, & electus. Eas itaq; ( postq; omnia bellorum genera uterq; in patriam meam Metensem intulisset ) amplius discordias quas Galli & Burgundi ad inuicem tractabant ferre non ualens, memor concordia & pacis, quas in solo Musicae ( dum in ea uersabar ) compereram, ubi quam secure antea uiuere licebat, illinc proficisci constitui, adq; prædictam Musicae regionem tanquam ad præcipuum post Deum refugium ( perpassa heu rerum nimia iactura mearum ) confugere decreui. Vbi dum aliquantisper mihi diuagari libuit ( ut sæpe euenire experimur, quod mutatio mali in melius, solet esse principium & origo malorum magis periculosiorum ) per discordantiarum quæ undiq; ingrossatae erant procellas, progredi non licuit. Dictu non est, quantum inter se discordabant fere omnes qui eius littora incolebant: quam inquam fu-

*Musica.*

*Bellum in concordia.*

*Principum discordia.*

*Rex Francie Christianissimus.*

*Imperator imperij protector.*

*Bellum Metense.*

*Pax in Musica*

*Mutatio mali in melius.*

*Bella Christianorum.*

A nestis

## P R A E F A T I O .

*Bellum Me-  
tense.*

*Intentio au-  
thoris.*

*Difficultas.*

*Excusatio au-  
thoris.*

*Bellum gram-  
maticale.*

*Nil nouum.  
Ecclesiastes  
cap. 1.*

nestis dissijs, ac etiam contentionibus, ibidem tumultuabatur sine fine populus Christianus. Nec ulla ex parte tranquillitas erat. Exitibus bellis conflictabantur principes prophani. Bello rum undis inuoluebantur proceres ecclesiastici. Populus perniciosus odijs inter se committebatur. Quin & fidei sinceritas uarijs modis uitiabatur, parsq; Christiana distrahebatur undiq;: nihil tandem praeter bellum in Musicae prouincia restabat amplius, ut penè dici possit, non bellum Metense (quod alioquin atrocissimum fuit) non bella quæ ueterum scriptis tradita sunt (ut uno comprehendam uocabulo) tam immania tamq; atrocita ac furibunda extitisse, quemadmodum in hac regione uidere erat. Ibi conturbata erant omnia: atq; (perturbata Musica) procellis inundabant omnia. Hanc igitur ob causam, non ignarus quam plurimos fore, qui de bello Merensi scripturi essent (quamuis pacem magis quam bellum describere exoptassem, si de pace alicubi tractari comperissem) animum tandem ad Musicae deuastationem describendam applicui. Cum enim omnia bellis & tumultibus obruerentur, non potui quin de bello mentionem facerem, commiseratione nihilominus ductus, dum tantam totius orbis stragem & miseriam, quæ neq; patriæ, neq; liberalibus artibus parcere uoluerit, intuerer. Verùm cum intelligerem quanta esset in hac re difficultas, tum in causarum demonstratione, tum etiam in rerum ordine obseruando, obscuritatem hanc diligentius sermonis simplicitate ac facilitate pensavi, ne tædium legentibus parerem, mihiq; ipsi tantum scripsisse uiderer. Quapropter plurimum auctorum coadiutus lectione librorum, tandem, ordinem quem Re: D: Andreas Salernitanus patritius Cremonensis, uir undequaq; doctissimus: in bello grammaticali quod composuit, obseruauit, imitari non sum dedignatus, à quo pro ordine praesentis libelli plurimum esse adiutum, ingenue confiteor: (neque enim candidi est ingenij dissimulare per quos profeceris) cuius uerba & sententias quibusdam adiectis magis referre libuit, quam noua excogitare, cum emendari non possint. Satis enim certus eram, neminem adeo doctum atq; peritum hac tempestate inueniri posse, qui quicquam aut scribere possit, quod prius dictum uel scriptum

## P R A E F A T I O :

scriptum non sit. Qui quidem cum saltem nominum & uerbo-  
rum in grammatica bellum descripserit, ego tamē præter id Deo-  
rum, Musarum, hominum, ferarum, auium, instrumentorum *Contenta in  
hoc uolumine*  
Musicalium & eorum qui istorum inuentores extiterunt, omni-  
umq; rerum sonarum quærum meminisse potui, controuersias  
inserui. Modus iste fortassis per capita redactus magis artide-  
bit, quàm illius in bello grammaticali contentus. Alij alijs Musi-  
cæ inuentionem attribuunt, quibus iudicium relinquo. Hic au-  
tem nulla de ea disceptatio erit, quum sit incertum quisnam eius  
artis primus inuentor extiterit. Alij enim Tubal patrem canenti-  
um in Cythara, alijs Orpheum, alijs Amphionem, alijs alios arbi-  
trati sunt. Ego autem uix credere, mihiq; persuadere possum, ab  
Adam tanto tempore, totq; annis homines Musica carere potu-  
isse, quæ è coelo ad homines diuinitus missa esse creditur: nisi  
quis dicere præsumat, ad illa usq; tempora non fuisse passos uel  
fatigatos homines, non egrotauisse aut laborauisse homines, in  
quorum refocillandorum gratiam, isti quos inuentores fingunt,  
exurrexissent extitissentq;. Mihi satis superq; satisfacere uisus sum,  
si quam plurimorum inuentores instrumentorum Musicalium:  
Regum, Principumq; in Musica potestates & nomina, partem re-  
citauero. Quæ si omnia enumerare uellem, centum linguæ non *Inuentores.*  
sufficiant. At inter tot eiusdem artis professores, quid'ni & mihi  
meum iudicium proferre liceat, si fortè longo usu tandem didice-  
rim, rem non nihil obscuratam aliquo modo illustrare, ac puero-  
rum captui faciliorem reddere? Proinde quicquid in hoc opere  
scripsi, omnium omnino Musicorum, Musicamq; colentium iu-  
dicio & censuræ subijcio: ac quicquid hic adulterinum (præterq;  
quod facere dictum est) quicquid etiam à uerbo Dei alienum iu-  
ste quisquam esse, iudicauerit: illud non modo non postulo ut fe-  
rat, nedum recipiat: sed uolo explodat, reijciat, atq; damnet. Ipse  
quoq; quicquid unq; tale agnouero, eius palinodiam libentissi-  
me canam. Et in præsentî, quicquid tale est, quod Musicæ, Musi-  
cis, componistis, Instrumentistis, ac cantoribus, aduersari uidebi-  
tur, uiamq; ueritatis non sequi, pro indicto, proq; recantato ha-  
beri uolo, iubeo, & postulo. Quod autem in hisce meis facetijs

P R A E F A T I O.

*Confusio in bello.*

*Christ. Hegen.  
Ordo militiae.*

Musis multa alio modo ac ordine tractata quam uulgari usu receptum sit, reperientur: id spero neminē mihi succensurum, qui saltem iudicium suum certe rerum cognitioni & experientia, anteponere noluerit. Quod si non omnia sicuti res postulasset ordine descripserim, cogitabis amice lector, ex bello nonnunquam omnia confusa atq; inordinatiora fieri, quanto magis in praesenti contingere fas fuit: ubi omnia tumultibus & anfractibus circumuoluta sunt. Nam descripturi bellum, ubi ualet confusio & praestit, ibidem ordinem conseruare non exacte potuimus. Quemadmodum uulgariter fertur, Vbi non est ordo (sicut in bello) illic est confusio. Licet (ut Chris. Hegen. ait)

*Instructus pugnat melius certo ordinemiles,  
In bellum quam si praecipitanter eat.  
Et citius semper nunquid meminisse solemus,  
Ordine si fuerint tradita cuncta suo?*

*Bella inter artes liberales.*

*Bellum grammaticale.*

*A. Salernitanus.*

*Pugna sillogismorum.*

Quamuis interim pro meis uiribus iuxta temporis exigentiam, omnia quam ordinatius potui componere, & restaurare enixus sum: uicissim daturus operam, si sensero gratum fore, ut & reliqua quae adhuc intra priuatos latent parietes, aliquando in publicum prodeant. Iuuabis interea quicumq; maiori polles ingenio, si quid erratum est, in meliorem ordinem redigere, ac emendatius reddere, siq; quid praeter inconsiderantiam, actum uel scriptum est, (quod ut facias obnixè rogatum uelim) meamq; in hoc adhibitā operulā, ut animos tristes curisq; innixos, & marcescentem quasi stomachum, tædioq; languescentē, his meis iocis subleuarem ac excitarem, æqui boniq; consulere digneris, precor. Hoc enim modo alijs ansam bella & controuersias aliarum artium liberalium describendi dare conatus sum. Non dubito quin (quemadmodum ego per aliquas discurrendo comperi) inter illas etiam exorta esse dissidia, reperiant earum professores, si intentius & propius, quo ordine omnia procedunt, intueantur. Taceo Grammaticos, quorum bellum satis amplè ac doctè à supra dicto A. Salernitano descriptum est. Illud certum est, Dialecticos & Logicos, Sophisticosq; inter se dissentire summopere (quod ex pugna sillogismorum satis percipi potest) non minus rhetores maxime

P R A E P A T I O .

maxime Arithmeticos, magisq; Astrologos (quod ex bello Phaetontis inter sydera & Endimionis, ueluti Lucianus in libro de Vera historia graece descripsit, quod postea à Triandro Hispano, in eius maternum & uernaculum sermonem traductum est) uide re licet. Sed multo magis nouos Theologos, qui se pacis, & Christi pacis authoris, anhelatores non uerentur popularim predicare: & tamen inter se belligerantes, dum pacem praedicant, dissentire quàm maxime, Christi uerba, Apostolorum orthodoxorum, Euangelistarum, Prophetarum, ac sanctissimorum uirorum aliter aliterq; interpretantes (si commodum abesse senserint) atq; in humilitate ficta (Syrenum more, auium Indicarum, quarum cantu mulcentur homines, & tandem somno grauati ab illis lacerantur) superbiam praeficientes, pacemq; belligerando annunci- antes: ut cum Erasmo dicere audeam. Non ego nunc in hanc aut in illam partem pronuncio: ubicunq; dissidium est, ibi diabolus est. Quis unquam uidit uel atrociores uel diuturniores bellorum tumultus inter ethnicos, quàm annis aliquot uidemus inter Theologos Christianos: ut ne causas excutiam: quando sic undis iactata est Musicae Christianae nauis. Quid mirum in Ecclesia nascitur tumultus dum ibi non adest Christus. Quid mirum illic non esse salutiferum ad pacem & concordiam consilium, ubi tantae sunt tenebrae, ut quisq; pro suo arbitratu scripturas interpretari uelit. Facta est (inquit Marcus) procella magna uenti & fluctus mittebat in nauim, ita ut impleretur nauis (aut ut Matthaeus narrat) operiretur fluctibus. Horribilis uentus est ambitio pestilens uentus auaritia, perniciosus uentus est uoluptatum amor, caeteraq; rerum mundanarum cupiditates. Hi inquam uenti cient hos motus, sic ut fluctus bellorum ac dissidiorum theologicalium inundent in Musicam Christianae concordiae. Fitq; ut non solum nauis in qua erant Apostoli periclitetur, sed caeterae quoq; quae nauim Iesu comitantur, quapropter Musica sicut Ionae contigit, in mari precipitatur & detruditur. Nescio quod sydus infaustum, quis ue genius malus hos tantos tumultus excitet inter mortales. Nec satis est, sic bellis intestinis, regna, ciuitates, summos orbis Monarchas inter se collidi, nisi studia literarum, nisi religio, si-

Phaetontis & Endimionis bellum.

Lucianus & Triander hispanus.

Theologicum bellum.

Syrenes aues Indiae.

Erasmus in epistolam paraphras. super Euangelium Mathaei.

Math. cap. 14

Marcus cap. 8.

Venti uentiorum

P R A E F A T I O.

Theologorum  
discordia.

desq; Christiana cum Musica tam periculosis dissidijs concute-  
rentur, ut nihil est in rebus humanis tam florens, quod non uer-  
tat in perniciosam discordiam. At eam nusquam magis ueritam oportuit  
quam in studijs praesertim sacris, quorum autoritate praecipue  
tumultus humanarum cupiditatum sedari poterat. Quid enim aliud quam  
pacem & concordiam docet qui Christum docet? Qui rursus magis discordant & dissentiunt quam theologi,  
qui Christum in sinu gerunt, & praedicant sicuti quosdam uide-  
mus successu rerum mundanarum sic delinitos, ac penes dixerim  
ebrios: ut si conquiescat ad tempus auster auritiae, surgit  
aquilo superbiae: si uoluptatum Zephyri cessant, exoritur Boreas  
inuidiae uel iracundiae. Affequutus sum hoc aut illud, cuius gratia  
digladiabar, mox obijcitur aliud, cuius gratia nouum & atrocius  
certamen suscipiam. Nam mundanarum cupiditatum nullus est  
finis. Igitur tales scientes Theologi cum reliquis humanae  
uitae pestibus irrepererunt iisdem authoribus a quibus omnia fla-  
gitia proficiscuntur puta daemones quibus hinc nomen etiam  
inuentum quasi *δαίμονες*, hoc est scientes appelles. Siquidem sim-  
plex illa aurei seculi gens nullis armata disciplinis, solo naturae  
ductu instructaque ualebat. Quorsum enim opus erat grammatica  
cum eadem esset omnibus lingua, nec aliud sermone petebatur  
nisi ut alius alium intelligeret. Quis usus Dialectices ubi nulla erat  
pugnantium inter se sententiarum dimicatio? Quis Rhetoricae  
locus cum nullus alteri negotium faceretur. Quorsum require-  
tur legum prudentia cum abessent mali mores? Ex quibus haud  
dubie bonae leges prognatae sunt? Quotusquisque quaeso reperie-  
tur inter Euangelicos praedicatores qui Organa, Cytharas, Tu-  
bas, Tympana uel cum Cymbalis bene sonantibus in suis synago-  
gis seu templis ad laudandum Deum, & illi iubilandum compa-  
randa, aut comparata restauranda praedicabit? Quotusquisque  
Organicos, Cytharedos, Tubicines & similes, aut alios Musicos  
figuratiue canentes premio afficiendos prorogabit? Vix unus &  
rarus. Attamen scriptum est Psalmo 80. Sumite psalmum & date  
tympanum, psalterium iucundum cum cythara, Buccinate tuba in  
Neomenia. Neomenia, id est, nouilunio insigni die solennitatis uestrae quod  
praecipuum

Neomenia.

P R A E F A T I O.

præceptum in Israël & iudicium Deo Iacob. Item alibi Psalm. 32. Confitemini domino in Cythara, in psalterio decem cordarum psallite illi. Et alibi. Sonabitis his tubis ut Deus exaudiat uos & reminiscatur uestri. Psalm. 97. Psallite Domino in Cythara & uoce psalmi, in tubis ductilibus, & uoce tabæ corneæ. Denuò Psal. 136. In salicibus in medio eius (scilicet Babylonis) suspendimus organa nostra. Postea Psalmo 143. Deus canticum nouum cantabo tibi, in psalterio decachordo psallam tibi. Tandem Psalm. 146. Præcinite Domino in confessione, psallite Deo nostro in Cythara. Postremo Psalm. 150. Laudate Deum in sono tubæ, laudate eum in psalterio & cythara. Laudate Dominum in tympano & choro, laudate eum in chordis & organo. Quin & diuinus ille regiusq; psalmista Dauid in quodam psalmo extra numerum centum quinquaginta psalmorum de se ipso qui confecerit organum & psalterium ita scribit, cum pugnauit cum Goliath gigante. Pusillus eram inter fratres meos, & adolescentior in domo patris mei, pascebam oues patris mei. Manus meæ fecerant organum. Digiti mei aptauerunt psalterium: & quis annunciauit Domino meo? Ipse Dominus, ipse omnium exauditor, ipse misit angelum suum & tulit me de ouibus patris mei, & unxit me in misericordia unktionis suæ, fratres mei boni & magni erant & nō fuit beneplacitum in eis Domino. Exiui alienigenæ obuiam, & maledixit mihi in simulachris suis. Ego autem euaginato ab eo gladio ipsius amputaui caput eius: & abstuli opprobrium à filijs Israel. Quod si hæc non sufficiant, ecce adhuc Ioannem dicentem. Et uidi tanquam mare uitreum mixtum igne & eos qui uicerunt bestiam & imaginem eius, & numerum nominis eius stantes super mare uitreum habentes cytharas Dei, & cantantes canticum Mosi serui Dei & canticum agni. & alibi psalmista dicit psal: 56. Exurge psalterium & cythara, exurgam diluculo. Rursus Leuitici cap. 23. Mense septimo prima die mensis erit nobis sabbatum memoriale clangentibus tubis, & uocabitur sanctum. Postea Iosuaë 6. accipietis buccinas quarum usus est in bellis, adhuc Leuitici cap. 24. Numerabis tibi septem hebdomadas annorum, id est septies septem, qui simul faciunt quadraginta nouem, & clanges

Dauid.

Psalmus dauid  
de seipso.

1. Regū. ca. 17

1. Paralip. 23.

Apocal. cap. 15.

buccina

P R A E F A T I O .

buccina mense septimo. Item 3. Regum 1. clangeris buccina & dicetis, uiuat rex. Item psalmista dicit Psal. 70. Psallam tibi in cythara Deus Israël. Rursus 2. Regum 18. Cecinit Ioab buccina, & retinuit populum. Postea Iudi. cap. 6. Clangens Gedeon buccina conuocauit domum Abiezez. tandem Exodi 19. Erat mons terribilis, & sonitus buccinae paulatim crescebat in maius. Postremo Ezechiel. 33. ad speculatorem dicitur. Cum uiderit uenientem gladium super terram & cecinerit buccina & annunciauerit populo. Audiens autem quisquis ille est sonitum buccinae, & non se obseruauerit, ueneritque gladius & tulerit eum: sanguis eius super caput eius erit. Sonum buccinae audiuit, & non se obseruauit, sanguis eius in ipso erit: Sexcenta in medium exempla proferre possem, si res postularer, quibus instrumenta Musicalia in rebus sacris esse necessaria approbari possent, quæ omnia sponte relinquo, his satis idoneis contentus. Sed ut ad Theologos regrediamur, dicent ne forte, non intelligimus quid agant, tangant, pulsant, ludant, uel canant Musici suis instrumentis. Credo quod neque intelliguntur Psalmi quos cantant præ murmure & uociferatione, nisi ab illis qui legere norunt, librumque in manu tenent, quorum maior pars etiamsi exacte legere possint, propter tamen inusitatam uerborum translationem, nisi latine periti Psalmos non intelligunt uel sensum illorum, quibus cum Psalmista responderi posset. Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena: quia illic interrogauerunt nos uerba cationum: & qui abduxerunt nos, hymnum cantate nobis de canticis Zyon. Et uerè non intelligere uidentur, quoniam si quomodo Psalmus, esset intellectus, puritatem tenerent, ueramque Psalmi etymologiam confiteri uellent, utique prædicarent Psalmos (quos tanti faciunt & merito) nisi coniunctim cum Cythara, Organis, tuba ductili, uel alio quouis instrumento Musico non cantandos. Psalmus enim est cantus qui cum aliquo instrumento fit. Quare notandum diligenter quod in omnibus Psalmis ubi istud uerbum (psallite) legitur, statim sequitur, in psalterio decem cordarum, aut in cythara & uoce psalmi, aut in tubis ductilibus & uoce corneæ, uel in psalterio decachordo, uel in tympano, & similibus

*Psal. 136.*

*Qualiter psalmodiandum est.*

*Psalmi definitio.*



P R A E F A T I O.

milibus instrumentis: quæ omnia pro corde, affectu, uoluntate, *Vana inter-*  
 sermone, sensibus, actionibus, oculis, hepate, stomacho (penè di- *pretatio in =*  
 xerim intestinis) pleriq; interpretantur & intelligi uolunt: in quos *strumentorū.*  
 psalmista dicere uidetur. Quare tu enarras iustitias meas, & assu- *Psalm. 49.*  
 mis testamentum meum per os tuū, tu uero odisti disciplinam, et  
 proiecisti sermones meos retrorsum? E contrario hymnus dicitur  
 cantus, qui uoce naturali fit. At hymnos non canunt, etiam si per *Hymnus.*  
 Prophetam scriptum sit: Hymnus omnib. sanctis eius, filijs Israël *Psalm. 148.*  
 populo appropinquantī sibi. Solummodo psalmos Dauid eos  
 psallere uelle audiuius (si psalmum canere, non significat mix- *Psallere quid.*  
 tim canere, id est, ad cytharum siue organum, aut quoduis aliud  
 instrumentum musicum) nam psalmi olim quando cum aliqui- *Psalmi myste-*  
 bus instrumentis cantabantur, non solum ad delectationem, sed *ria.*  
 etiam ad mysterium, quo non carent instrumenta Musicalia ex-  
 ercebantur: quare non obmittenda. Nam Chorus in quo est con- *Chorus.*  
 cordia uocum, significat concordiam uitę cum doctrina uel con-  
 cordiam appetitus aut morum cum ratione. Tympanum, passio *Tympanum.*  
 nem Christi (factum est autem de corio animalis mortui, quod  
 baculis percutitur.) Psalterium decachordum, harmoniam de- *Psalterium.*  
 cem præceptorum & articulorum repræsentat, quod triplex est,  
 morale, euangelicum & anagogicum. Item per cytharam quod *Cythara.*  
 est instrumentum triangulare, habens septem cordas principa-  
 les, intendimus trinitatem diuinarum personarum, in una sim-  
 plici essentia, &c. Per sonum prædicatio Apostolorum, per quam *Sonus.*  
 congregatur ecclesia, in unum denotatur. Per Chorum quod est *Chorus.*  
 instrumentum rotundum, Dei omnipotentia in opere nostre cre-  
 ationis & redemptionis significatur. Per Organum consonanti- *Organum.*  
 am corporis immortalis, ad animam quam consequemur per re-  
 surrectionem intelligere possumus. Per Cymbala benesonantia, *Cymbala be-*  
 uocatio populi ad audiendam prædicationem Euangelij intelli- *ne sonantia.*  
 gitur. Per Cymbala uerò iubilationis melodia & iubilatio diui- *Cymbala iubi-*  
 norum officiorum, quæ celebrantur in ecclesia militanti per gra- *lationis.*  
 tiam & in triumphanti per gloriam significatur. Per Monochor- *Monochordū.*  
 dum concordia omnium membrorum corporis mystici ecclesia- *Fides.*  
 stici ad suum caput, qui est Christus, interpretari potest. Per Fi-  
 dem

B dem

P R A E F A T I O.

*Fides.* dem (genus cytharæ) quod tantum inter homines fides concor-  
dare debet, quantum inter se chordæ eius concordare tenentur,  
*Ignorantia & raritas instru-  
mentorum.* si Musica intelligibilis esse uult, ut Paulus 1. Corinth. 14. refert. Sed  
quomodo hæc instrumenta quis ritè interpretari poterit, qui  
nunquam eiusmodi uiderit, audierit uel tractauerit? Quod uix  
continget si pergant cœpta sequi, uix concionator Euangelij hoc  
Oseæ 8. dictum. (Tuba sit tibi in gutture quasi aquila super do-  
mum domini. Item Esaia 58. Clama ne cesses, quasi tuba exalta  
uocem tuam, annuncia populo peccata eorum) facere poterit qui  
*Differentia  
modernorum  
& antiquo-  
rum.* sonum tubæ nunq̄ audierit, sicuti etiam illud Esaia 16. Venter  
meus qualicythara ad Moab sonabit. O quam longè distant mo-  
derna ab antiquis, quorum nullus in ecclesia ad officium Leuita-  
rum admittebatur, eius artis ignarus. O quàm nunc cōtrario mo-  
do uiuitur. Quot comperiuntur qui ne planum quidem cantum  
canere norunt, ne dicam mensuralem, aut instrumentalem, & ta-  
men supremum in Ecclesia locum quærunt, primosq̄ recubitus.  
*Psalms. 150.* Et quia taliter Deum laudare conuenit omnibus spiritalibus cre-  
aturis. (Omnis enim spiritus laudet Dominum) Ex supradictis pa-  
ter, quod Christiani moderni & Iudæi qui non adhibent instru-  
menta dum laudes Deo canunt: non psalmodiant nec uerè lau-  
dant nec colunt Deum. Nā Dauid præcipit ut cantemus psalmos  
*Comparatio.* cum instrumentis supradictis: sed Iudæi nec laudant Deum cum  
supradictis instrumentis materialibus nec spiritalibus, ergo nul-  
lo modo colunt nec laudāt Deum, nec cantāt psalmos. Ex quo se-  
quit̄ quod soli illi Christiani uere laudant & colunt Deum, & can-  
tant psalterium, eo q̄ cantant ipsum cum supradictis instrumētis  
ueteris Testamenti, instrumenta spiritalia & mysteria figuranti-  
bus, alioquin quid iuuaret illos magis canere psalmos, an submis-  
*Baptismus.  
Cœna.* sa uoce dicere uel legere. Quid in quā aqua in Baptismo, Panis &  
uinum in sacra cœna iuuabunt: si non sunt habenda materialia in-  
strumēta, & omnia spiritaliter fieri debeant (ut dicunt.) Requirit  
*Laus Dei.  
Erasmus in li-  
bro de modo  
orandi.* Baptismus aquam, Cœna Dominica panem & uinum, Laus itaq̄  
& cultus Dei uocem requirunt humanam cum corde, simul & in-  
strumenta Musicalia, materialia, & præterea quicquid significatur  
per illa. Quum enim omnia Mosaicæ legis sint antiquata per E-  
uangelium,

P R A E F A T I O.

uangelium, nullum sacrificij genus uel diligentius tradidit prin-  
 ceptus noster Iesus Christus, uel religiosius amplexi sunt huius disci-  
 puli, quam uiculis labiorum (ut Osee uerbis utar) id constat tribus *Osee. 14.*  
 potissimum generibus, aut enim uotis, aut gratiarum actione, cui *Laus triplex.*  
 finitima est laus, aut hymnis, psalmis & canticis. Hymnus autem *Hymnus.*  
 est quum animus considerata Dei sublimitate, rapitur in laudem  
 illius cui soli debetur omnis gloria. Docentes (inquit Paulus Apo-  
 stolus ad Colof. cap. 3.) & commonentes uos inuicem in hymnis  
 & canticis spiritalibus, in gratia cantantes in cordibus uestris  
 Deo. Psalmus uero Graecis cantionem sonat, quae ad laudem Dei *Psalmus.*  
 uel hominis adiectis instrumentis pertinet. Vnde & psalmi qui-  
 dam inscribuntur ipsi Dauid, uelut in laudem illius conditi. Hym-  
 nus ergo proprie dici uidetur laudatio numinis. Te decet hym- *Hymnus.*  
 nus Deus in Syon. Vnde & Ethnici poetarum carmina quibus esse *Psalm. 64.*  
 runt diuos suos Hymnos appellant, quales extant adhuc Or- *Canticum.*  
 pheii & Homerii titulo. Porro canticum quiddam esse uidetur  
 utroque sublimius, nimirum laus illa quam Deo canunt angeli, ac *Apocal. 14.*  
 piorum animae quae iam mortalitatem exuerunt. Nam in Apoca- *15.*  
 lypsi uirgines habent canticum nouum, quod nemo potest disce- *Psalm. 26.*  
 re praeter illos qui sequuntur agnum quocumque ierit, alioquin quid *Philip. 1.*  
 queruntur in psalmo: Quomodo cantabimus canticum Domini *Ephes. 5.*  
 nisi in terra aliena. Et Paulus cupit dissolui & esse cum Christo, ut *Mundus*  
 hoc canticum Domini possit canere. Habet & mundus psalmos,  
 hymnos, & cantica sua, quibus aut noxios daemones aut homi-  
 nes pro dijs celebrant, aut homines hominibus adulantur, lau-  
 dantes, & quae turpia sunt non solum in hominibus, uerumeti- *Vera laus*  
 am in his quos pro dijs colunt. Caeterum qui spiritum hausere *christianorum*  
 Christi, nesciunt laudare nisi patrem, filium & spiritum sanctum,  
 quibus solis debetur quicquid est uere laudis, siue in coelis siue in *Psallere Domi*  
 terris. Adicit Paulus psallentes in cordibus uestris Domino. Quid *no quid sit.*  
 est Domino: qui iustitiam suis uirtutibus tribuunt, non psallunt  
 Domino, sed sibi (quod aiunt) intus canunt. Rursum qui fiduciam  
 suam & gloriam collocant in principibus Monarchis, & caetera.  
 non canunt Domino sed hominibus. Tunc enim maxime glori-  
 ficatur Deus, quum homo agnoscit quam ipse nihil sit ex sese.

P R A E F A T I O.

In cordibus ue-  
stris.

Musica instru-  
mentalis ab  
Erasmolauda-  
to.

Poeta David.

Metrum.

Tituli psalmo-  
rum.

Psalms.  
Cantici.

Psalms in or-  
ganis.

Psalms ad ui-  
ctoriam.

Cantores Le-  
uitae eligeban-  
tur.

Quid sibi uult in cordibus uestris? Ne quis putet simplici uocum  
boatu aut modulato musicorum cantu aut organis quibus tem-  
pla perstrepunt Deum solummodo delectari. Non quod Musica  
corporalis damnanda sit, si modice, si sobrie, cultuq; diuino digna  
adhibeatur. sed ut ostendatur ista nihil esse, si absit tacitus ille pie-  
tatis affectus in Deum, qui Deo est laus gratissima. Quoniam au-  
tem Deus semper & ubique mirabilis est, non oportet hominem  
Christianum unquam cessare à psalmis, hymnis & canticis. Cæ-  
teras cõtemplationes & mysticas interpretationes instrumeto-  
rum, quæ magis theologiam spectant quàm Musicam, doctorib. sa-  
cris enucleandas cõmendabimus, qua de re ulterius scribere non  
cõstituimus. Illud tamen notandũ est, quod David ideo psalteri-  
um in uersu & modo metrico composuit, ut satisfaceret Deo &  
hominibus fidelibus, & materiæ quam intendebat. Nam hoc ha-  
bet metrum, quia sub paucis uerbis comprehendit plurimas sen-  
tentias. Vnde uersus.

*Metra parant animos, comprehendunt plurima paucis.*

*Aures oblectant, pristina commemorant.*

In principio ergo cuiusq; psalmi præscripsit titulos David, quo-  
rum uocabula in titulis posita, prænotantur esse sacramenta Psal-  
mi, uidelicet nomen psalmi, aut persona actoris, aut cantoris, aut  
materiæ, de qua siue ex qua est psalmus, aut modus cantandi, aut  
instrumentum Musicale cum quo psalmus cantabatur, quorum  
quodlibet prænotat sacramentũ in psalmo cui præponitur. Nam  
is dicitur psalmus, in quantum cum instrumento Musico ad lau-  
dem Dei cantatur, & dicitur psalmus cantici, in quantum instru-  
mentum Musicale incipit primum uersum psalmi, & chorus uo-  
ce humana respondet, & sequitur secundum uersum, & sic alter-  
natim usq; in finem. Quando autem in titulo dicit in organis, ex-  
plicatur instrumentum Musicum cum quo cantabatur psalmus.  
Cum uerò præmittitur ad uictoriam siue ad uictorem, & uincen-  
tem. Nota quod David eligebat ad cantandum de Leuitis habentes  
altiore uocem: quibus dabat ad candandum omnes psal-  
mos sic intitulatos. In finem psalmus David, uel in finem in car-  
minibus pro octaua psalmus David, &c. Qui cantores adæqua-  
bant

P R A E F A T I O.

bant suas uoces cum instrumētis Musicis, & incipiebant primum uersum submissa uoce, & in quolibet uersu eleuabant altius uocem & punctum, & sic procedebant eleuando magis ac magis uocem, usq; in finem psalmi, & usq; ad finem & ultimum conatum uocum. Et sic unus uidebatur uincere alium in eleuatione uocis. Et sic qui magis tollerabant cantum, & eleuabant uocem dicebantur uictores, sicuti fit in Ecclesia latina, in festo Epiphaniae quando cantatur. Venite exultemus, &c. quia semper procedunt eleuando altius uocem in quolibet uersu, & unus chorus nititur superare alium. Ita pariter faciebant cantores in plerisque psalmis in templo, & qui altius eleuabant uocem dicebantur uictores, & consequebantur praemium in choro praeter ceteris. Et ideo ubi in talibus titulis in Hebraeo ponitur ad uictoriam siue ad uictorem, Hieron. transtulit uictori, quasi dicat, quod dabatur iste psalmus uictori ad cantandum cum praemio. Ex quo patet quod in titulis psalmorum explicatur actor psalmi, nomen, & instrumentum Musicum & modus cantandi, quia iste mos & consuetudo fuit apud omnes poetas Lyricos, maxime comicos & tragicomicos, scilicet praeponeere titulos in comedijs & tragicodijs, in quibus titulis explicabatur actor, & tempus & locus in quibus comediae & tragicodiae recitabantur, & instrumenta cum quibus cantabant. Et sic in comedijs Terentij praeponeitur titulus, scilicet Acta ludis Megalensibus, tali & tali consulibus, tibijs paribus dextris & sinistris. Item in Adelpho. Acta ludis funeralibus, & in Phormione ludis Romanis tibijs sarranis. Et sic Dauid tanquam uerus & diuinus poeta psalmis in templo cantandis praeposuit consimiles titulos, explicantes personas, materias, instrumenta, modos canendi, loca & tempora. Psalmodiarum itaque quatuor electos principes Dauid constituit, scilicet Asaph, Eman, Ethan & Idithon. Ducenti & octoginta psalmos & cantica Domini docebant. Porro quatuor millia Ianitores & totidem psaltes canentes Domino in organis, quae fecerat Dauid ad canendum, ut habetur primo Paralip. 23. Et tursus. 2. Paralip. 29. ubi dicitur, Constituit Leuitas in domo Domini cum cymbalis, & psalterijs, & cytharis, secundum dispositionem Dauid Regis, &c. Siquidem Do-

Mos Leuitarum canentium.

Comparatio.

Ad uictorem.  
Interpretatio Hieronymi.

Poetarum mos in psallendo.

Terentij comediae

Principes psalmodiarum.

Doctores psalmorum.

Ianitores & cantores.

P R A E F A T I O .

mini præceptum fuit per manum prophetarum eius. Steteruntque  
Leuitæ tenentes organa, David & sacerdotes tubas. Et iussit Eze-  
chias ut offerrent holocausta super altare. Cumque offerrentur ho-  
locausta cœperunt laudes canere Deo & clangere tubis, atque in di-  
uersis organis quæ David Rex Israël reppererat concrepare. Omni  
autem turba adorante, cantores & hi qui tenebant tubas erant in  
officio suo donec cõpleretur holocaustum. Sunt itaque ex nostris  
qui ex eo quod in primo Paralip. 15. legimus, cantorum quosdam  
cymbalis, quosdam fidibus, quosdam in cytharis psalmos can-  
tasse: conijciunt notam psalmorum sublata uoce fuisse cantan-  
dam. Rabicenses cõmune Leuitarum nomẽ fuisse, quod psalmo-  
rum titulis apponitur, ab eo quod illorum fuerit sacris cantionib.  
& modulationib. instare & iugiter persistere et incumbere. A Ezre  
ex D. Kymhi apud alios significatur præsulis nomen, cantorum,  
aut eorum qui instrumentis Musicis admodulabantur. Pleraque  
alia uoces in inscriptionibus psalmorum, ut sunt Alamoth, Ne-  
ginoth, Schigaion, Machalah, &c. ab alijs modos & genera certa  
melodiarũ significare putantur, ab alijs instrumenta, ab alijs ini-  
tia carminum, ad quorum modos sint psalmi cantandi, quibus  
hæc supradicta nomina prænotata leguntur. Apud Hebræos qui  
& doctrina præstant & certiora sectantur, omnia propria nomi-  
na habentur uel modulationum, uel instrumentorum Musico-  
rum. Psalmos itaque Hebræi sua lingua carmina uocarunt. Odam  
Aretius Felinus esse reddidit, quod psalmum uocamus. Alij sed  
eruditi psalmum sonum cytharæ nominant. Adque instrumenta  
certa decantatos psalmos nemo nescit (de cantorum & modula-  
tionum in organis institutione legitur in libris Regum & Paral.)  
Porro cum quorundam inscriptiones habeant canticum psalmi,  
quædam psalmum cantici, quædam tantum psalmum, quædam  
solum canticum, tractantes hæc nostri dicunt psalmum esse so-  
num organi cessante uoce humana. Canticum, cum fit modula-  
tio sine concinente organo. Canticum psalmi quum uox huma-  
na concentum sequitur organi. Psalmum cantici, ubi cõtra. Adeo  
uariant omnes, quia ignorant quis fuerit ordo, quæmunia, quæ  
uoces,

Rabi opinio .

Significatio  
nominum psal-  
lentium .

Hebræi .

Aretius Feli-  
nus.  
Eruditi .

Opinio theo-  
logorum su-  
pra titulis  
psalmorum .

P R A E F A T I O .

uoces, quæ ratio cantandi & modulandi Leuitis sacrae olim Musi- Multitudo  
 cæ destinatis, quorum David quatuor millia instituerat (ut supra psalmistarum  
 dictum est) Nam Salomon mille & quinque psalmos uel odas cœ- Leuitarum.  
 lestes composuerat, ut Aretius in præfatione explanationis psal- Salomonis cã  
 morum inquit, sed non omnes recipit Ecclesia. Ergo psalmi qui tica.  
 factorum cantorum ac modulatorum præfati inscripti leguntur, Aretius.  
 hos crediderunt huc peculiariter deputatos fuisse, ut in sacris cœti Psalmi præsu-  
 bus à toto grege sacrae Musices, sub suo præfule collecto, decanta li inscripti.  
 rentur publicitus: forsan maiore apparatu & toto instrumẽto Mu-  
 sico, tam uocum quam organorum. Nisi fuerit ex cantorum prin-  
 cipibus singularis aliquis siue iuniorũ institutor, siue alius quispi-  
 am, cui ob munus, quod in his gerebat præfalis, actori & modera-  
 tori nomen fuerit. Cui ñ psalmi, quibus talis uox præmittitur can-  
 tandi, fuerint nominatim assignati. Sed ut ad propositum regre-  
 diamur, libenter prædicti theologo noui hæc ignorant omnia,  
 quoniam si se scire dicerent, & confiterentur competere rebus sa- Ignorantia  
 cris & laudi diuinæ, Organum, Cytharam, Tubam, Cymbalum, grata.  
 Tympanum, Psalmum, Tubam ductilem, uocem corneam, Psal-  
 terium dechacordum, Monochordum, Sistrum, Nablum, Cho-  
 rum, cordas & fides (quæ omnia instrumenta Musicalia esse, qui-  
 bus Deus in psalmis ubiq; laudari uoluit, omnes satis norunt. Ti-  
 mendum esset ne aliqua portiuncula præbendarum suarum sibi  
 derogaretur, quæ in Musicos impartiri deberet, ex quibus quã lau-  
 tissime tales concionatores & modernos theologos uiuere con-  
 stat, non enim desunt aurea pocula, non illis desunt domus am-  
 plæ, non uxores placidæ, non si quid cor appetit deest, cum inte-  
 rim humi iaceat perturbata tumulataq; cum suis Musicis & in-  
 strumẽtis Musica. Ita Camœnis omnia antepondere conatur quã-  
 plurimi, cuius exempla nobis lachrymabundis oculis conspicua  
 reddiderunt, reliqueruntq; summæ inscitiaë uel inuidiaë in Musicã  
 monumenta milites, &c. qui nescio quo zelo ducti folles organo-  
 rum pfoderunt, & tam nobilia instrumenta ad laudẽ Dei cõfesta  
 destruxerunt, ut quamplurimis in locis uidere licet. Sic nemo fer- Inopia musi-  
 me extat qui Musicorum reminiscatur, ut (proh dolor) cogant q; cos premens.  
 plurimi uel infimaë sortis plebeculaë ad lasciuos saltus & choreas  
 publicas

P R A E F A T I O .

*Ignorantia in  
strumentorū .*

*Consolatio .*

*Abusus musi-  
corum instru-  
mentorū .*

publicas subseruire, quos olim magnates, Monarchæ, Principes, Reges & Imperatores summis expensis audire & enutrire gaudebant. Nunc autem hostiatim mendicans Musica petit eleëmofynas, iniuriatur, necessitate astringitur, patitur, reijcitur, humi forisq̄ iacet, ab illisq̄ procul Musici relegantur, qui pecunias & dona in cognatos, consanguineos, affines & amicos (quandoq̄ de prauioris uitæ) rependi & contribui potius patiuntur, quales aliquando sub titulo Euangelij, comperti sunt: aut si quos sibi familiaritate coniunctos habent (ne quid prætermittam) solos non ferunt Musicos, nisi eos qui suos psalmos aut canere iuuant, aut uernaculo sermone componere præsumunt, aut tandem propterea quod Musicis instrumentis aut figurata Musica canere nesciunt (ut nemo aspernatur scientiam nisi qui ignorat) qui nullum non mouent lapidem ut Musicam passim reflorescentem opprimant: sed frustra reluctantur, frustra digladiantur, frustra sæuiunt & grassantur ueteres illi inscitæ patroni, nihilq̄ aliud quàm suam traducunt Musicæ artis ignorantiam & liuorem. Quam si eos callere & eius instrumenta aptare posse contingeret: non est dubium quin pedibus manibusq̄ turmatim essent prædicaturi, ultro ut aduolarent principes atq̄ ciues, ad contribuendum Organistis, organis, Cytharistis & omnibus Musicis, tam componistis, compositoribus, quàm cantoribus. Verum quoniam eorum ignari sunt (ut arbitror) suosq̄ psalmos ex usu magis quàm arte canere periti sunt (ubi non multum artis adesse patet) existimandum duxi eos proprio plus magis inuigilare commodo: quum aliorum interim non reminiscantur, uerum magis obliuiscuntur: qui saltem conciones & prædicationes seu sermones suos laudant, præferunt, prædicant, & existimant (non quod Dei sermonem improperem, ad hoc enim uergit sententia & intentio mea, ut uera & probata insinuem.) Sed quo tandem tales concionatores spiritu in istis postremis temporibus ducti, organa reijciunt, dum Musicos cantores in suis synagogis atq̄ Oenopolijs resumunt, quos olim dum organa uigebant, reiecerant, ab hincq̄ uiginti plus minus annis undiq̄ aspernabantur: O uerum deliramentum, dum tot in locis organa tam magnifica, ad honorem & ad laudem Dei



P R A E F A T I O .

Dei extracta, resonare non patiuntur: cætera uero instrumenta Musicalia ad Bacchi conuiuia introducunt: Quibus Iob cap. 21. sic loqui uidetur. Quare ergo impij uiuunt, subleuati sunt diuitijs, &c. Infantes eorum exultant lusibus, tenent tympanum & citharam & gaudent ad sonitum organi, ducunt in bonis dies suos, quare in puncto ad inferna descendunt. Et Esaiæ 5. dicitur his qui sunt in uanitatibus mundi gloriosi. Cythara, & lyra, & tympanum, & tybia, & uinum in cõuiujs uestris, & opus Domini non respicitis. Quare in puncto ad inferna descendunt, &c. Nonne idem Euangelium eo tempore quod nunc, uigebat? An oportuit Musicos & Organistas pœnam luere, suisq; præmijs carere? Ha, ha, he, quis in hac re cachinnis temperaret? Nondum uentri, oculisq; satisfactum erat. At fortè illas pecunias, quæ in usum Musicorum à prædecessoribus contributæ & assignatæ erant ( quas illi sub tutela tenuerunt & custodierunt, quanto tempore non tantum est uel pulsatum in organis) iam tandem Musicis supersticijs unica uice cumulatimq; reddent, tanquam præteritorum hæredibus, iuxta illud. Disperit, dedit pauperibus, iustitia eius manet in sæculum sæculi, cornu eius exaltabitur in gloria. Sed timeo ne ita omnia inter omnes illos ministros repartita sint, ut uix parua Musicis remanserit portiuncula. Quare consultius ageretur, si laudi diuinæ Musicosq; professoribus prospiceretur, quo aliquando tollerabilius quàm antea ( ut coguntur histrionum more præinopia ducti ad uiles choreas Musicam exercere ) uictitare ualeant, & dum se Dei creatoris nostri, non Bacchi uel hominum delicias cantare & psallere admissos conspexerint, gaudeant. Quo igitur nomine digni iudicandi sunt illi qui à primis reuocationibus Euangelij ( ut dicunt ) usq; ad hæc tempora Musicam præcipue instrumentalem coli negauerunt, eius que obliti sunt, ij iudicent quibus est cordi Musica, cum quibus digitis demonstrandi illi, qui Musicæ inuidebant, reijciebant, & aspernabantur, Deo Baccho & Veneri nihilominus sacrificantes. Sed ( ut ad rem redeamus ) istud interrogare libet. Qua de causa, templa, domus, ædes, taceo reliqua papistarum ( ut uocant ) ad exercenda sua sacrificia, conciones Euangelij, Baptismata, Cœnam dominicam, Matrimonij

*Abusus musicorum instrumentorum.*

*Psal. 111.*

*Inimici instrumentalis musicae.*

*Osos musicae aspernandi.*

**C monij**

P R A E F A T I O.

*Contemptus  
organorum  
propter quid.*

*Gazophilatiū  
musicorum.  
Ratio omisso-  
rum organo-  
rum.*

*Principes lau-  
de digni.*

monij pollicitationes & astipulationes, & cætera in suos usus conuertunt & usurpant: Organa uero & instrumenta Musicalia (quibus sacerdotes latini & religiosi sibi uisi sunt laudes canere Domino) procul reijciunt, dilacerant, aspernantur, dilaniantq; quæ in suos usus etiam adsciscere possent, ut illis suo more laudaretur Deus: Quare Musicorum, Organistarumq; salaria ab alijs pijs uiris ante multa tempora in usum Musicæ contributa retinent: redditus atq; possessiones eorum in se conferri & sibi reseruari postulant, neq; in illos quibus data sunt rependi patiuntur: Vbi quæso locorum superstat Musicorum Gazophilatium, in quo thesauri & pecuniæ quæ ab hinc fermè triginta annis Musicis exoluta non sunt: recondita sunt: Non uideo quare obmittenda sint organa, aut alia instrumenta ad laudem Dei confecta, nisi ut lautiores eximioresq; reddant talium præbendæ & portiones. Quibus (meo iudicio) præferendi sunt Saxones atque Hesi cum Vuirtembergensibus populis quoq; Euangelicis, qui organa eadem in suos usus conuertere non abhorruerunt, iudicantes nihilominus ad laudandum Deum æque idonea esse (quoniam instrumenta per se mala non sunt) in quibus quicquid mandari lubet, posset, uel ad honestum, uel (quod absit) ad lasciuiam. Quod si organa per se mala sunt, silere debent, aut eis uti non debemus, quia sacerdotes Latini in Papatu, ut dicunt, ea confici curarunt, eis uel abusi sunt ut sibi persuadent: quare templis tam magnificis, ædibus adeo amplis, & reliquis quæ etiam industria & opera sacerdotum extructa sunt, utuntur moderni sapientes: Quare iterum non curant eiusmodi concionatores, ut condantur noua organa & domus, uel restaurentur uetera, quibus sine abusu ad honorem Dei omnipotentis uti liceat (si abusum solum reprehendunt, ut dicunt & non Musicam ipsam.) Date Deo quæ Dei sunt, Cæsari quæ Cæsaris, religioni quæ religioni data sunt, non coquinæ, &c. Quæ in re prædictos Principes pro numine habendos, subleuandis que Musicis à superis credendum esse datos, quos ad Dei laudem, Musicam cum suis Musicis alere, Organa destructa restaurare, & restaurata quam diligenter custodire, organistas que enutrire uidemus: Quibus annu-  
mandus

P R A E F A T I O.

randus est Illustrissimus Princeps ac Comes Georgius, Comes Vittenbergensis & Montisbeligartensis, Musicorum alter mœcenas & amator ( cuius Celsitudo Componistas, Organistas, Tubicines, Testudinarios, Fidicines, Fistulatores, Cornicines, Cantores, & omnis generis Musicos habet, enutrit & audire gaudet ) in quorum numerum me pusillum suscipere & admittere non est olim dedignata excellens eius Celsitudo.

Cum igitur eorum sicut aliorum sit Euangelicæ uiuere, & quisq; pro se, se uerum habere Euangelium persuadeat, in quo nisi pax, unitas ( non diuersitas ) à Christo prædicatur.

Qui sit ut exortum sit bellum & discordia inter tam coniunctos Euangelicæ pacis professores, ut in hac parte Musicos ( subtriceo reliqua ) discentiant, & tum eodem duci uolunt spiritu sancto pacis, unitatis & concordia, qui diuersa docere nequit? Non arbitror Doctorem Martinum Lutherum ea docuisse, organa in-

*Bellum inter pacis professores.*

hibuisse, aut silentio detegenda præcepisse: qui Musicarum rerum amantissimus extiterit semper.

*Lutheri amor in musicam.*

Vix que mihi persuadere possum uere Euangelicum uirum ita à Musicis concentibus ac concordijs abhorrere posse. ( Si modo harmonice compositus sit, sit & integrae mentis ) Dicent rursus contra. Si inueniretur quispiam qui Dei desiderio laudandi teneretur apud nos, permitimus quidem ut organis ludat, modo non constet: At quare non prædicant uel concionantur, aut sua mysteria exercent nihil? Aut fortè dicent magno constare organa: paruo comparabuntur minora: In quos illud non illepidum quod refert Aristoteles, congruere posset, ubi dicitur quod Dionysius Cytharæ-

*Integer homo non inuidet musicae corporali.*

dum accersuerat ut sibi caneret in nuptijs, atque cum eo his pactus est legibus, ut quo doctius meliusq; caneret, hoc copiosior rem ferret mercedem. Annixus est omni artificio Cytharædus uti quam citissime caneret, sperans amplissimum præmium. At postridie pactam mercedem reposcenti Musico, qui conduxerat, ait iam persoluisse sese quod esset pollicitus: nempe par pari retulisse se, pro quo uoluptate reposuisse uoluptatem, spem lucri significans, quæ quidem hoc maior fuerat quo magis ex arte cantasset.

*Aristoteles moralium 9. Dionysij Cytharædus, ex Chiliadibus Erasmi.*

Verum hoc loco negat Paulus par pari relatum, propterea

*Par pari referre.*

se, pro quo uoluptate reposuisse uoluptatem, spem lucri significans, quæ quidem hoc maior fuerat quo magis ex arte cantasset.

Verum hoc loco negat Paulus par pari relatum, propterea

se, pro quo uoluptate reposuisse uoluptatem, spem lucri significans, quæ quidem hoc maior fuerat quo magis ex arte cantasset.

*Aristoteles moralium 9. Dionysij Cytharædus, ex Chiliadibus Erasmi.*

Verum hoc loco negat Paulus par pari relatum, propterea

*Par pari referre.*

se, pro quo uoluptate reposuisse uoluptatem, spem lucri significans, quæ quidem hoc maior fuerat quo magis ex arte cantasset.

Verum hoc loco negat Paulus par pari relatum, propterea

*Aristoteles moralium 9. Dionysij Cytharædus, ex Chiliadibus Erasmi.*

se, pro quo uoluptate reposuisse uoluptatem, spem lucri significans, quæ quidem hoc maior fuerat quo magis ex arte cantasset.

Verum hoc loco negat Paulus par pari relatum, propterea

*Par pari referre.*

C a quod

P R A E F A T I O.

quod alter id quod uolebat accepit, alter eo quod expectabat frustratus est. Quid si uerba & conciones eorum, uerbis & orationib. (sicut illi Musicis suo cantu & psalmodijs uniformib. satisfieri uolunt) Magistratus aut senatus recompensata esse uellet? Proculdubio nō dubito tantas cōcionatorū euangelicorū turbas, principes seu magistratus nō petituras, uel undiq; non aduolaturas, qui nisi plerumq; quęstus gratia id agunt: alias, cęteras adituras nationes, ubi (quemadmodum dicunt) friget Euangelium, & suos iam satis in doctrina Euangelij edoctos, quod de se populatim iactant, relicturas. Quid enim opus est iam satis euangelice peritos, & uere Euangelij professores (ut uideri uolūt) ulterius sua prædicatione incitare? Quare non (ut Apostoli) ignaras Euangelij petunt nationes, & apud illas suos cantus promunt: fugite o pueri calidus ualet ignis in illos. Ea enim uirtute qua Sidrach, Misach, & Abdenago polluerunt carent in fornace, cito enim comburuntur, in nihilumq; rediguntur. Postremo. Quid illos adhuc mouet, quod tam astrictę omnes choreas, etiamsi honestę ductas prohibeant? Aliud certe nihil opinari possum, nisi quod Deus (ut habetur) omnem lætitiā à Musica prouenientem ab illis amouere cōstituerit, propter peccata & scelera eorū. Inquit enim: Quia transgressi sunt leges, mutauerunt ius, dissipauerunt fœdus sempiternum, ideo ingemuerunt oēs qui lætabantur corde, cessauit gaudium tympanorum, quieuit sonitus lætantium, conticuit dulcedo cytharę. Cum cantico non bibent uinum, amara erit potio bibentibus illam. Clamor erit super uino in plateis, deserta est omnis lætitia, translatum est gaudium terrę. Et Iob 30. Versa est in luctum cythara, & organum in uocę flentium, unde Ezech. cap. 36. Quiescere faciam multitudinem canticorū tuorum, & sonitus cythararum tuarum non audietur amplius, Et alibi, Dixi iniquis nolite inique agere, & delinquentib. nolite exaltare cornu. Sed è contrario homini bono in conspectu suo dedit Deus sapientiam & scientiam, & lætitiā: peccatori autem dedit afflictionem & curam superfluum, ut addat & congreget, & tradat ei qui placuit Deo. Item. Beatus populus qui scit iubilationem. Iubilatio autem fit cum uoce ac gestu salientis præ lætitia, ut infra habebitur cap. 7. de choreis

De choreis.

Esaie. 24.

Iob. 30.

Iubilatio.

Psalm. 88.

choreis

P R A E F A T O .

choreis & choro, in cuius rei testimonium psalmista dicere uide- *Psalms. 149.*  
 tur. Filie Syon exultent in rege suo, laudent nomen eius in choro, *Psalms. 97.*  
 in tympano & psalterio psallant ei. Rursum. Iubilare Deo omnis *Psalms. 32.*  
 terra, cantate & exultate, & psallite. Deinde, Cantate ei canticum *Psalms. 150.*  
 nouum, bene psallite ei in uociferatione. Postea, Laudate Dñm in *Psalms. 99.*  
 tympano & choro, & alibi. Iubilare Deo omnis terra, seruite Do- *Psalms. 80.*  
 mino in lætitia. Item, Exultate Deo adiutori nostro, iubilate Deo *Psalms. 32.*  
 Iacob. Tandem, Exultate iusti in Dño, rectos decet laudatio. Po- *Psalms. 94.*  
 stremo, Omnes gentes plaudite manibus. Iubilare Deo in uoce  
 exultationis. Ibidem, Ascendit Deus in iubilo, & Dominus in uo-  
 ce tubæ. Item, Venite exultemus Dño, iubilemus Deo salutari no-  
 stro, præoccupemus faciem eius in confessione, & in psalmis iubi- *Iubilare.*  
 lemus ei. Iubilare itaq; dictum intelligimus, lætitiæ uoce  
 ac gestu exprimere, quod & iubilum & iubilatio uocatur, hoc est  
 declaratio quædam & illustratio gaudij cõcepti, qua iucunditas *Iubar.*  
 ostenditur & delectatio, unde iubilare à iubare dicitur. Iubar pro- *Iubæ.*  
 priæ Lucifer dicitur qui iubas lucis effundat. Iubæ enim crines *Iubati leones.*  
 sunt à collo animalium pendentcs, unde iubati leones uocantur, *Lucifer.*  
 qui iubas habent ad differentiam non habentiũ iubas. A Lucifero *Iubati homi-*  
 ergo iubar dici omnem splendorem, ut auri, argenti, gemmarum *nes Deo olim*  
 intendimus. Quapropter olim ad maiestatem hominis transfere *iubilabant.*  
 batur, dum Deo iubilandum erat. Demissisq; capillis tam uiri qui  
 comas eo tempore nutriebant, quàm puellæ & mulieres cum læ-  
 titia, uoce ac gestu congaudentes ac exultantes Deo iubilabant.  
 Tuebuntur se his rationibus quod olim filij Israël holocausta &  
 hostias pacificas immolantes uitulo conflatili aureo, coram illo *De uitulo au-*  
 saltauerint, illum pro Deo adorauerint, auersi à Deo suo Iacob. *reo.*  
 An ne propterea quod saltauerunt, offensus est illis Deus? Certè  
 coniectura ducor eo fuisse, quia ad Deos alienos confugerant, De-  
 um uerum relinquentes. Locutus est namq; Dñs ad Moysen, di- *Exod. 32.*  
 cens: Vade & descende, peccauit populus tuus, quem eduxisti de  
 terra Aegypti, recesserunt cito de uia quã ostendisti eis, feceruntq;  
 sibi uitulum conflatilem, & adorauerunt atq; immolantes ei ho-  
 stias, dixerunt: Isti sunt dij tui Israël, qui te eduxerunt de terra Ae-  
 gypti, cumq; appropinquasset ad castra audiens uocem cantanti-

P R A E F A T I O

*Fractio tabularum Moysis.* = um, iratus ualde Moyses, cōfractis tabulis, uitulum arripuit quem fecerant, & combussit, contriuitq; usq; ad puluerem, quem sparsit in aquam, & dedit ex eo potum filijs Israël, reuersusq; ad Dominum ait: Obsecro, peccauit populus iste peccatū maximum, feceruntq; sibi Deos aureos, aut dimitte eis hanc noxam, aut si non facis, dele me de libro tuo quem scripsisti. Cui respondit Dominus. Qui peccauerit mihi delebo eum de libro meo, ego autem in die ultionis uisitabo & hoc peccatum eorum. Percussit ergo Dñs populum pro reatu uituli quem fecerat Aaron, &c. Hic itaq; uides (lector beneuole) quod nulla chorearum correptio inferitur, sed uituli solummodo adorati, nos autem in unum Deum credimus creatorem cœli & terræ, & adoramus illum & reueremur, neque saltamus dijs alienis, uerum ideo chorizamus (si nuptiæ celebrentur) quod gaudeamus eas personas sponsum scilicet, & sponsam à tot diaboli instigationibus liberari, carnis stimulis, similibusq; fornicationibus, & peccatis absolui, quæ summa cum difficultate quis uitare poterat, priusquam ad hunc sacrum matrimonij ordinem à Deo uocatus esset. Dico uobis inquit Euang. Quod ita gaudium erit in cœlo super uno peccatore resipiscente, magis quàm super nonaginta nouem iustis qui nō indigent pœnitentia: quanto magis in terra inter amicos fieri phas est, ubi pro celebratione nuptiarum congregati sunt. At (reperent) filia Herodis saltauit, & chorizauit, quare Iohannis Baptistæ caput amputatum est, ergo choreæ non sunt admittendæ, firmiter credo malitiam lasciuientis puellæ cum matre compactam, simul & iuramentum Herodis perpetam ab eius ore prolatum (etiã si dissimularet) in culpa fuisse magis quàm choream. Cur non eadem opera symphoniam, id est, consonantiam uel concentum cum choro (à quo chorea ducta est) qui in conuiuio à patre præparato (quoniã filius prodigus in se reuersus penituerat) tractabantur, reprehendunt? Quæ Christus ipse dum discipulis recitaret historiam, non reprehendit, neq; unquam reprehendisse ullibi inuentum reminisci possum (de honestis choreis dico) neq; dictum uelim de ne-rearum puniendus. = bulonibus, sycophantisq; qui interdum nefanda inter choreas (quæ pudet efferre) perpetrant. Ad quod puniendum extat Magistratus.

P R A E F A T I O.

gistratus, qui super eiusmodi chorearum uiolatores respicere debet: respicit enim & in blasphemos, ebrios, lufos, adulteros, & his similes (quandoq; & in insontes) Alexand. in 4. di. 16. sic ait. Choreas & huiusmodi ludi siue fiant cantu, siue Musicis, secundum se non sunt mali, quia possunt bene fieri aliquando. Et praecipue quinque concurrentibus non est chorea reprehensibilis. Primo, quod sit tempore debito ut tempore gaudij, scilicet in nuptijs, uel tempore uictoriae, uel liberationis hominis uel patrie, uel in aduentu amici de terra longinqua. Secundo, quod sit cum honestis personis, de quibus non sit mali praesumptio. Tertio, quod fiant a personis secularibus. Nam monialibus et monachis & clericis propter quod debent in alijs occupari orationibus. omnem choream puto illicitam. Quarto, quod honesto modo fiant, non gesticulationibus nimijs, inhonestis & inordinatis, &c. Quinto, quod cantus & Musica excitans in his non sit de illicitis, sed de moribus, uel de Deo. De melodia non est curandum, quia in talibus necesse est fieri melodia leuem, quae aliquo modo exprimat modum chorizandi: Haec Alex. Ceterum ut ad propositum redeamus, audis ne quid pater filio seniori indignato (quonia audiuerat symphoniam & chorum) responderet: dum illum rogans ita alloquutus est: Fili tu semper mecum es, & omnia mea tua sunt, epulari autem & gaudere in symphonia & choro oportebat, quia frater tuus hic mortuus erat & reuixit, perierat & inuentus est. Audis quid dicat in choro: Rursus dicent: at Iudaei nostro more non baiulabant, saltabant, aut choreas ducebant, neque nos eorum more chorizamus. Gallis suis in baiulando mos: Germani suum saltando modum habent. Hispani suo more choreas ducunt, Itali alio, caeteri suo ritu iubilant & saltant. Quin & Dauid ante arcam foederis saltauit, cuius uxor nomine Michol, quia saltantem irridebat sterilis effecta est. Quid tandem: Tot sensus quot capita, quot regiones tot mores. Et tamen in his omnibus regnis (ut sibi quisque persuadet) colitur, laudatur, adoratur, ueneraturque Christus, illi canitur, iubilatur, saltatur, chorizatur, & baiulatur. Quod si non aliam ob causam honestae choreae admittendae essent: ob hanc tamen praecipue

Luca 15.

Varietas saltantium in choreis.

Dauid saltauit.

2. Regum 6.

Utilitas chorearum.

P R A E F A T I O.

admitti deberent quod in illis ad sanitatem exercitatur corpus, alioquin tot epulis, crapulis, & poculis, (dico potationibus) repletum repletumque, quibus se ingurgitant homines (ut parum absit quin medijs rumpantur, qualis est mos praecipue Germanorum, omniumque ferme aliarum nationum adiacentium, quod saepissime podagram, similesque pedum infirmitates conciliat, quali morbo tales concionatores laborare timeo, qui usque adeo choreas non ferunt, ita ut matrimonium contrahere uolentes, copulare recusent nihilominus conuiuio excipi gaudentes) sic contracturi non despondeant non admissuros uel quaslibet choreas (quae alioquin à choros graecae dictae sunt, quod est tripudium coetus, unde choraules, is est qui in choro fistulam inflat, & est tibicen) aut interdiciunt, quia (ut qui plurimum uxores elegantiori forma praeditas sibi matrimonio coniunxerunt) timent (ut opinor) ne interea ab alijs rapiantur, & abducantur tales Galathae ut nemini praeterquam sibi confidunt. Sed & chorus multitudo est & conuentus pro corona habitus eorum qui ad ludos conueniunt, siue saltantium siue canentium, testem si desideras ecce Vergilium dicentem.

Chorae.  
Tripudium.  
Choraules.

Chorus.

Vergil. 6.

*Vescentes letumque pæana canentes.*

Idem.

*Omnia quam chorus est socij comitentur ouantes.*

Rursus.

*Pars pedibus plaudunt, choreas et carmina dicunt.*

Idem.

*Immemores nostri festas duxere choreas.*

Quemadmodum enim psalloytharistae psallunt, id est, canunt ad cytharam, sic chorocytharistae nobis cytharitant ad choreas. Et quod maius est, Plato chorum à chara, hoc est à gaudio deductum esse attestatur, hinc chorea & choraules. Quippe chorus proprie de concentu saltantium atque canentium dicitur. In summa. Omnia tempus habent, tempus flendi & tempus ridendi, tempus plangendi & tempus saltandi, tempus amplexandi, & tempus longè fieri à complexibus uel ab amplexibus. Cuncta fecit Deus bona in tempore suo. Et cognoui (dicit Ecclesiastes) quod non esset melius nisi lætari, & facere bene in uita sua. Didici quod

omnia

Plato.

Eccle. 4. 13.



P R A E F A T I O.

Omnia opera quæ fecit Deus perseverent in perpetuum . Ergo gaudendum est cum gaudentibus & flendum cum flentibus.

Itaq; pro pace inita letamur & saltamus, proq; qualibet re acceptabili præ lætitia saltamus. Quare uerisimile esse uidetur quod cho-

*Choreæ quare olim admissæ.*

reæ antiquitus in hoc etiam admissæ fuerint ut adolescentibus ad matrimonium contrahendum animarentur citius, uitando spurcicias quibus sine uix uiuere possunt, nisi donum habeant, & hoc fiebat publicitus, ut cum conuenire inter partes, parentes conspicerent, ad hoc intenderent ut matrimonium contraheretur, & ab amore illicito proles reuocarentur honeste. Et sic omni-

*Abusus.*

bus in rebus non potest non esse usus bonus & abusus. abusum ut condemnât concedere phas est. Honestum autem usum quod tollant omnino ( ut ceptum est ) non utiq; tollerandum.

*Vsus honestus*

Si omnes Euangelij promulgatores propter unum aut alterum delinquentem puniendi essent? An ne propterea quod præco Nabuchodonosoris regis ualenter clamabat ( uobis dicitur

*Daniel. 3.*

populis tribubus & linguis ( Daniel 3. ) in hora qua audieritis sonitum tubæ & fistulæ, & cytharæ, & Sambucæ, & psalterij, & symphoniæ, & uniuersij generis Musicorum, cadentes adorate

*Abusus instrumentorum non tollit instrumenta.*

statuam auream, quibus auditis, statim omnes populi cadentes adorauerunt ) instrumenta reijcienda sunt? minime, nec ideo damnanda est Musicarum rerum exacta cognitio, si quidam suo

uitio abutuntur in pernitiem, quod suapte natura bonum est ac salutiferum, neq; protinus arcendi sunt; à Musicis instrumentis & honestis choreis, si quis exortus sit, qui per hanc occasionem pro-

*Euangelium propter hæreses non prohibitum.*

lapsus sit in errores, neq; enim istud instrumentorum neq; chorearum uitium est, sed hominum, nec olim ueritum est Euangelium in templis recitari, quod hinc hæretici prisci hauserint erro-

*Obiectio*

rum suorum semina, nec ideo prohibentur a pes à floribus, quod ex his aliquando uenenum sugat aranea . Quod si dixerint amouendas esse occasiones mali. Cur ergo non adimuntur illis opes

tantorum malorum ( avaritiæ scilicet, inuidiæ, luxus, superbiæ, cupiditatibus & similibus ) occasiones? Quod si propterea Musica

lia instrumenta & choreæ essent amouenda quæ iam dudum inoleuerunt, in quibus non offenditur Deus, per quæ sanitas &

**D** animi



P R A E F A T I O.

bra flexibilia, iuxta ac leuiora efficiant, & ad omnem mutatio-  
nem promptiora instituant, neq; mediocri robore corpora soli-  
dus confirmant. Qui ergo saltatio res erit non omnium elegan-  
tissima, quæ & mentem acuat, & corpus exerceat, spectantes ob-  
lectet, multas res priscas homines doceat, tibijs, cymbalis, nume-  
roso carminum concentu, animum quantum ad oculos & aures  
attinet, ex æquo demulcens. Itaq; si perfectam uocum modulatio-  
nem requiris, ubi alibi inuenies aut chorum pleniorum aut con-  
cinniorum? Quod si tibiæ aut fistulæ sono dulcissimo caperis,  
sufficiens in saltatione quoq; fruendi tibi parata est copia. Hæc  
Lucianus, ubi plura uidere poteris. Et poëta dicit.

Ouidius.

*Si uox est cantu, si mollia brachia salta.*

Ex quibus omnibus quam latissime patet olim ueteres Dijs  
maiora exhiberi non  
concentibus instrum  
tum rex David cyth-  
re arcam baiulare non

mauisse, quam Musicis  
:horeis. Quemadmo-  
organum, canere, & an-

David.

quod ibidem choreæ fuisse potuerint (in nuptijs scilicet) ubi mini-  
strabat Architrictinus, quando uinum miraculose à Christo ex

Nuptiæ euang-  
gelicæ.

aqua cot-  
lium, & p-  
dicium in  
& scintill-  
æquo hi-  
cant, no-  
qui Musi-  
lere (dur-  
deceret,

instrumentorum Musica-  
sufficiant: cui libertati (si iu-  
Musicae constat cognitio,  
timeo. Cæterum ne plus  
erdotes, quos papistas uo-  
, taxandos q; existimo, ut  
strumenta æque parum co-  
ntur, quæ tamen eos callere  
Leuitas in domo Dñi, ut su-

Ioannis. 2.

Libertas au-  
thoris.

Sacerdotes

latini repræ-  
henduntur.

1. Paral. 23.

2. Paral. 29.

Marci. 7.

pra dictum est. Quippe qui (ut Prophetæ uerba recenseam) labijs  
honorant Deum, cor autem eorum ab eo longe est. (proborum  
pace dictum sit) de malis enim loquor, bonos non lædam, imo  
ne malos quidem quandoquidem generalis de uitijs concerta-  
tio ad nullius personæ pertinet iniuriam, nam cum ad chorum  
(quem conuentum in unum conuenientium nominant) acce-  
dunt: Missæ, Matutinarum, Vesperarum, uel aliarum horarum

Chorus.

Ornathopar-  
chus.

D 2 officia

# P R A E F A T I O.

officia cantaturi, quam inde recedere festinent, atque omnia suis conturbatis cantibus perturbent, dici non potest: quamque praecipitibus psalmodum expeditionibus rem persoluant, nemo satis non cogitat. Dicitur posse sibi oblatrare canes, ulurare lupos: non prius cantare inceperunt, quam finem imponere desiderant: nihilominus suis parcentes praesentibus (ut uocant) atque sibi praemium inde petentes, etiamsi per totum officium quandoque uino obruti dormiuerint, & non cantauerint. solum sua praesentia in choro existente Deo satisfactum esse conijciantes. Atqui si Musicis quicquam contribuendum esset, qui totos dies, noctesque in conficiendis componendisque melodijs insudant & euigilant, quique omnia cum mensura (non praecipitanter) promunt: ipsi inquam (si quid extorquere licet) uel parum relinquunt, quod uictum sibi concilient, caetera omnia in suos usus reseruantes, dum interim uerbis & cominationibus Musicos afficiunt, quod tam diu peragendum ut ministerijs, suis agitent instrumentis, & organis aliquoties (nouos sonos meditando & melodijs ad coelum usque tetrum rapiuntur Musicis. tantum piget illos sacrificios in Dei seruitio (unde praeter caetera uictum & amictum persistere & remunerari, quos si scaenis & conuiuijs interere conungat unquam, etiam uel ad totam noctem eos conuiuij siue consodalitij tadeat gitant, quam ut suas res bene alant, meli- odiant. Solos Musicos & pios uiros uix cum in parte alunt, lumnos & in saepe uices eodem Iubal ille pater canentium in cythara & organo, natus Lamech & Zille, timens ne diluuium consumeretur. (non ignarus omnium artium praestantiorum esse ut conseruaretur scripsit, una latericia, altera marmorea: quae adnuc apud Syrios esse constat, nec hoc interpretere unda ponendum (ut Ornithoparchi uerba recenseam) quod pietas quam uita sanctis debere fatentur exposcit. Quorum uigiliae (ita enim uulgo dicuntur) tanta confusione, tan-

*Musidorum labori non consulitur.*

*Quare musici obiurgantur a Sacerdotibus. Desidia sacerdotum.*

*Neglectus Musidorum. Musici alunt sacerdotes indoctos. Iubal duos tabulas uel columnas ad conseruanda musicam fecit. Iosephus de bello Iudaico. Ornithoparchus.*

ne, tan-

**P R A E F A T I O .**

**Luce.16.  
Ezech.33.**

**Platonis spec  
culum.**

**Dulce bellum  
in expertis.**

P R A E F A T I O :

als beneuolenti nihil impossibile . Suaue uidetur amare puellas , sed ijs qui nondum senserunt , quantum amori insit amari . Ita dulce & suaue est instrumentorum Musicalium audire harmoniam uocum , item concentum : sed quantum laboris in eundem sit tyronibus , quamdiu militandum , antequam huius artis notitiam habeant , nemo satis nisi expertus scire potest , adhibendi sunt labores . multa patienter ferenda iuxta illud poëtae .

Qui contingere metam,  
Multa tuus secitq; puer iudauit & alfit .

*Ignorantia  
musices in sa-  
cerdotibus.*

*Ornitopar-  
chus .*

*Indigni saepe  
ordinantur ad  
sacerdotia.*

Sed maior sacerdotum pars uix canere nouit , quorum ignorantia ( ut inquit Ornitoparchus ) tanto turpior est quanto ipsis homo bestijs dignior existit . Quæ cum alijs turpis sit , clericis turpissima est , quorum uitæ ad hoc ordinata est conditio , & potissimum officium , ut hymnis , & canticis , instrumentorumq; Musicalium concentu , Deum laudando , deuotionem infidelium cordibus excitent . Quemadmodum enim militaris disciplina imperatorum decus existit , ita sacerdotum ac clericorum omnium concinnentia . Cuius tanta esse dignitas , reuerentia , atq; maiestas censetur , ut omnia diuina officia apud omnes non nisi per eam ordinentur , regantur , compleantur . Sed utinam bene , nam hac nostra tempestate , ( proch pudor ) inter multos uix pauci reperiantur artis huius periti , qui ad quæ ordinata sunt officia , recte ac rationabiliter perficiant . Quod an fortunæ ( quæ saepe promouet indignos ) an prælatorum incuriæ adscribendum sit nescio , nam ij sæpius , & si in alijs parum sapiant ab ipsa modulationis disciplina , quam ex patrum decreto scire tenentur , penitus sunt alieni . Quare retrusis doctis quos censors timent similes sibi cæremonijs præficiunt , præbendis , onerant , dignitatibus cumulant . Quo fit ut alij ære , dolo , fraude , alij munere , alij fauore , alij alijs citra canonicam constitutionem uijs , ad Ecclesiam promoti , non se Ecclesiæ , sed Ecclesiam choro stantes , aut ut alini ad lyram , abiq; lege modo uel ratione , uel labore uiuando , concinnent cantum confundunt , fideles à deuotione impediunt , in risum & cachinnationem male canendo pro-

P R A E F A T I O .

do prouocantes, & sic ex oratorio speluncam faciunt theatralē  
 dum concinnentię disciplinam aut non didicerunt, aut (quia for-  
 te magni Domini sunt) discere erubescunt. Et hos tales cōmenta-  
 tor Christianę religionis, licet emulus his uerbis increpat, dicens:  
 Væ uobis hominibus qui de numero bestiarum computati estis  
 bonum quod in uobis est non cognoscentes, propter quod ad  
 superiora ascenditis, & Deo similes estis. Sed quæ sunt hæc bona  
 quæ nos Deo similes faciunt. nisi Ecclesiastici gradus ac sacerdo-  
 tij dignitas, quæ omnem  
 it dignitatem? Sacer-  
 dos enim & regibus esse celsior dicitur, & angelis sanctior. Quare  
 Propheta psal. 81. de ipsis locutus dixit, Ego dixi dii estis, & filij  
 excelsi omnes. Sed id gratia adoptante non natura generante  
 apud diuum Augustinum conceditur, Bestijs autem conume-  
 rantur illi dum neglecta ratione, qua cum angelis participant sen-  
 sualitatē, quæ nos b  
 s efficit, sequuntur, os suum ad  
 Dei laudem non a  
 us & istud propheticum rite  
 congruit. Os habent & non loquentur, neq; clamabunt in gut-  
 ture suo, Hucusq; Ornithoparchus in libro Musicae. Insuper cum  
 populus beatus esse dicatur qui scit iubilationem, id est, lætiti-  
 am mentis, uoce ac gestu exprimit & gaudium conceptum sono  
 uocis illustrat: cōstat tales à beatitudine longè alienos esse, quoni-  
 am, ut de iubilatione taceā, uix legere possunt, ne dicā canere (pro-  
 borum pace dictum sit) Rursumq; admoneo neminem his offen-  
 di oportere, cum nullius designetur nomē. Si quis eiusmodi non  
 est nihil ad se pertinere cogitet, sin agnoscit suum malum admo-  
 nitum se putet. Neq; censuram euadere dignos existimo Musicos,  
 Organistas, Cytharædos, Testudinarios, Tubicines, instrumen-  
 torumq; Musicalium moderatores, cantores, & similes, qui ple-  
 runq; adeo inflati (si quid uel parum scire uidentur) incedunt,  
 ut uix se, quales aut unde donum illud tam præciosum acce-  
 perint, cognoscant ut periculum sit, quin præ timore elati me-  
 dium dirumpant. Cum tamen interim prioribus uix labijs  
 Musicae portas deosculati sunt. nihilominus ampla præmia  
 atque salaria mœereri  
 Qui si Musici essent (non  
 ut uulgo reputantur, quibus cantandi tantum practicabilis ad-  
 est mo-

Sacerdotum  
dignitas.

Psalm. 133.

Musicorum in-  
strumentalium  
increpatio.

P R A E F A T I O .

*Fabius Quintilianus.*

adest modus quos bestijs Guido annumerat) quibus speculationis rationisq; facultas adest, à quibus canendi scientia non operis seruitio, sed imperio speculationis regitur, quibusq; nihil & speculationis & operationis desit: non modo qui præmijs afficiantur dignos existimo, sed quos omnes reuerentur, digni iudicantur, quoniam dii sunt, uates, sapientesq; Fabius Quintilianus esse attestatur. Contra qui immoderate Musicam exercere comperiuntur, eaq; abuti dignoscuntur (ut qui loco psalmi, hymni, cantici, uel alicuius ad Deum laudis in sacris, uel alibi, cantum publicum, amorosum pudendumq; referunt, (interim nefanda uerba concinentes) pro indignis reputari nemo inficias ibit. Quis que ut plurimum si quid ex Musica lucrifaciunt, quod ad uitæ necessaria rependi deberet quam sæpissime ludis, aleis, scortis, comotationibus consumunt quos sanctæ uitæ esse deceret, quiq; Dei laudes imprimis, cantare & resonare deberent, iuxta illud Vergilij.

*Vergilius in Bucolicis.*

*Ab Ioue principium Musæ Iouis omnia plena.*

Vt qui per Musicam proxime diuini & sapientes censentur. Tantum abest quod plures quam decet pro histrionibus, ludionibusq; satyras agunt. Quare potius insanire, fantasticosq; esse iudicantur, dum canere rogati negant, non rogati uix cessare cogi possunt. Bono iure eos ridebat Diogenes Musicos, qui cum cytha tam ad harmonicos consensus haberent, temperatum animum gererent incompositum, & prorsus harmonia uitæ destitutum. Itaq; (ut cum Erasmo loquar) quoniam hi uenti scilicet auaritiæ, inuidiæ, superbiæ, &c. Qui nauim Ecclesiasticam & Musicam quasi in profundum maris demergunt: sedari non possunt, nisi illis cõminetur Christus: Ipse enim est pax nostra, qui fecit utraq; unum, & medium parietem maceriæ soluens inimicitias in carne sua: legem mandatorum decretis euacuans, ut duos condat in semetipso in unum nouo homine faciens pacem: ut reconciliet ambos in uno corpore Deo per crucem interficiens inimicitias in semetipso, & ueniens euangelizauit pacem uobis qui longe fuistis: & pacem eis qui prope: quoniam per ipsum habemus accessum ambo in uno spiritu ad patrem. Omnes in commune consulentes

*Erasmus in paraphrasi in Matheum.*



## P R A E F A T I O.

res tranquillitati Musicae Christianae, exuamus priuatas quisque cupiditates, eaque concordibus animis spectemus quae digna sunt animo professioneque Christiana, & dignitate Musica. Populus concorditer resonantibus instrumentis & Musicis concentibus, consentientibusque pariter atque ardentibus uotis interpellat ad Iesum Christum, Deoque iubilet ut Principum animos uertat ad pacem: Principes praesertim Ecclesiastici, sic instituant Ecclesias, ut Musica & pax tot saeculis desiderata non desit, utque sincera conscientia non aliud moliantur subditi, quam ut per concordiam, per rerum mundanarum contemptum, per rerum caelestium amorem, per fidem, charitatem, pietatem quam latissime regnet, floreat, & imperet Christus. Ita demum uere magni principes erunt, si illorum auctoritas seruiat aeterni principis gloriae & Christiani gregis utilitati. Ita foelix erit populus si talibus principibus uelut ipsi Deo obtemperent. Ita fiet ut Musici Musicisque tyrones histrionum mores a se procul relegabunt, suamque personam resument eas scurrilitates obmittendo, ad quas necessitas redegit, quae per auaritiam potentium in illos ingraffata, satis ubique dignoscitur. Alioquin si pergimus intestinis conflictationibus nostras ipsorum uires atterere, periculum est ne Deus peccatis nostris offensus, immittat nobis aliquem Nabuchodonosor, qui durioribus remedijs doceat rectius sapere. Concordia itaque coniunctos proteget Deus, dissidio segregatos contemnent hostes: nunquam autem coibit concordia, praecipue in Musica, si suum quisque ius mordicus tenere uoluerit, nec unquam erit firma, diuturna uel pax, nisi ueris, nisi certis, solidis Musicisque rationibus conglutinetur. Hic finem rei imponam, faxint modo dii ut Musae melius fortunent studia, quam haecenus rem fortuna. Bene uale lector humanissime.

E. De



## B E L L V M

**A**mor enim ad industriam excitat animum, artiumque & omnis elegantiae magister optimus est, cuius stimulis Socrates in conuiuio Platonis refert animam immersam corpori uelut expe-  
**g**isci, & hinc primos ad honesta impetus capere tanquam excus-  
**s**o ueterno. Vnde Deum hunc idem Plato qui nihil non expe-  
**r**riatur, dicit siquidem è taciturno reddit loquaculum, è uerecun-  
**d**o stupidoque comem ac blandum, è negligente diligentem. Hi  
**s**cilicet paedagogi teneris ætatis adolescentulos (nam adulti &  
**p**rouectiores haud facile disciplinam recipiunt: est enim difficile  
**c**anes uerulos loris assuescere) ad ipsa usque regum palatia incolu-  
**m**es perducunt, ubi Musicæ artes eruditi prædictas postea subli-  
**m**iores scandere ualeant, & expeditius penetrare eosdem, ibi græ-  
**c**ilatinique, Iudæi cum gentilibus quos uel propria scripta uel alie-  
**n**na celebrant monimenta, tyrocinia prima sua exercentes edocti  
**i**nstructique sunt. Itaque tantis postmodum florere rerum gestarum  
**p**ræconijs, ut uiuentes ætatis suæ hominibus maximo ad uirtu-  
**t**em fuerint adiumento, & uita functi, posteris tanquam extenso  
**d**igito, recti ad laudabilem uitam callis semitam demonstrarint.  
**I**bi Pieres populi à Pyrene monte Musis Pieridibus consecrato  
**(**ut inquit Probus) dicti, habitabant, quibus extinctis Macedones  
**e**a loca incoluere, unde Pierium Carmen, Musæ autem suauissi-  
**m**um uaticum ad labores uitæ. Quare Theocritus nullum con-  
**t**ra amorem uesantum scilicet: datum est pharmacum aliud oni-  
**c**ea, neque unguentum, ut mihi uideretur, neque condimentum quam  
**M**usæ Pierides. Nunc uero eadem Musæ alio nomine Atlantides  
**u**ocitatae, Atlanticas etiam incolunt insulas, quas Beatas uocant  
**p**aruo inter se mari diuisas, decem milibus stadiorum à Lybia di-  
**s**tantes nemorosas, & fontibus undique scaturientibus irriguas, fru-  
**ct**ibus omnium generum ita subnascentibus, ut nunquam satie-  
**t**as uoluptatis desit, ita nihil à natura fingi possit uenustius nihil  
**a**bsolutius. Imbres illic rari mediocresque, uenti autem plurimum  
**s**uaues & roriferi, solum uero pingue, nec arari ullo modo plan-  
**t**ari ue: sed etiam ex se absque ullo humano studio fructum produ-  
**c**ere, dulcem quidem & ociosam multitudinem nutrire sufficien-  
**t**em. Aer sincerus ac temperatus & mediocri mutatione per tem-

*Pieres populi.  
 Probus.  
 Macedones.  
 Theocritus.*

*Musæ Pieri-  
 des.  
 Musæ Atlan-  
 tides.  
 Insularum be-  
 atarum alias  
 atlanticarum  
 fertilitas.  
 Calepinus.*

B E L L V M

pora contentus, nam qui à terra perflant uenti, Boëasq; & Aquilo propter longinquitatem, uasta & inania incidentes spacia, fatigantur & deficiunt priusquam ad eas insulas peruenerint. Qui uero à mari perflant uenti Argetæ & Zephiri refrigerantes, raros quidem & temperatos imbres ex pelago adferunt, plurima uero per humilitatem aeris cum summa facilitate nutriuntur, Satyro rumq; lasciuia implentur. Tybiarum ac fistularum cantu, tympanorumq; & Cymbalorum sonitu strepere omnia, ita ut etiam apud barbaros qui propius accesserunt, increbuerit fides ibi Elysios campos esse & beatorum domicilia ab Homero decantata, quæ (uti in Chronica Hispanica habetur) antiquitus in Andalu- zia regione Hispaniæ extitisse credita sunt, ubi beatorum animæ à dijs post mortem relegatæ pro bonis operibus quæ in hac uita gesserant, ibidem premium & salarium seu mercedem recepturæ conueniebant in requie & lætitia, in omnibusq; delitijs quas excogitare quis posset pro bonitate sua præterita uiuentes, maximam enim eius terræ excellentiam, cui par sub cælo non reperi- tur in omnibus, præcipue rebus plurimum demirabantur uete- res. Hæc regio ab Hespero Atlantis fratre olim Hesperia nuncu- pabatur, nunc autem ab Hispali quæ Sebilis dicitur, Hispania di- cta est. Scribit Diodor. Hunc Hesperium conscendisse cacumen montis Atlantis in Mauritania (ultra quem Pomponius Mela scribit, noctu per sæpe uisa lumina & crepitus cymbalorum ac fi- stularum cantus auditos, nec die repertum quenquam, idcirco pro constanti habitum hos Faunos esse ac Satyros & eius generis animalia) ad rursus astrorum obseruandos, & nunquam deinde comparuisse, cui uulgus honores diuinos exhibuit, astrumq; lu- cidissimum Hesperum eius in nomine appellauit Vergilius.

satyri.

Campi Elisij  
in Andelusia  
regione Hy-  
spania.

Hispania.  
Hesperus.  
Hispalis.  
Diodorus.  
Pomponius  
Mela.

Vergilius.

*Ite domum saturæ, uenit Hesperus ite capellæ.*

Atlas.  
Atlatis filia.

Auriferum  
nemus.

Atlas itaq; rex fuit Arcadiæ, Peloponesi regionis, quæ est pars Achaia, undiq; à mari remota initio Drymodis, mox Pelasgis appellata, à quibusdam etiam Parthasia, cum Parthasiæ oppi- dum Arcadiæ sit, magnus astrologus, cuius tres filia Aeglæ, Ere- thusa, Hesperethusa, amœnissimos hortos colere dicebantur iu- xta Lixon Coloniam à Claudio Cæsare deductam, in his aurife- rum

## M · V · S · I · C · A · L · E .

rum nemus fuisse cum aureis malis existimabant, custodiri uero à peruigili dracone . Et quoniam Themis dea prædixerat futurum olim quendam Iouis filium, qui ea poma deciperet, cinxisse Atlantem pomarium montibus, quos Atlanticos uocamus Musarum domicilium, ne peruium grassatoribus foret, Penetrasse tamen eò Herculem ab Euristheo missum, & occiso dracone aurea mala inde abstulisse, ut Lucanus de Hercule refert in hæc uerba .

*Themis dea.*

*Hercules.*

*Abstulit arboribus precium, nemoriq; laborem.*

*Alcides passusq; inopes sine pondere ramos,*

*Rettulit argolico fulgentia poma tyranno.*

Hic Atlas habuit ex Pleione nympha Magam filiam & sorores eius Pleiades stellas, Taigetem, Asteropem, Elestem, Halcionem, Celenonem & Meropem, Et ex Aethra Oceani, & Thyos filia Hyades stellas . Tythen, Pitonem, Plex auream coronidem Pasithoem, Eudoram, & Ambrosiam, quarum frater Hyas erat . Pleiades itaq; quia liberum Iouis filium educauerunt, ab Ioue inter sydera relatae sunt . Hyades uero, quia deuoratum Hyam à leone uenando miserabili lamentatione prosequerentur, & diuturno luctu lachrymisq; contabescentes mœrore finirent uitam, Iupiter illas miseratus in stellas uertit, ut earum pietatis hoc esset testimonium, Maia autem soror earum ex Ioue peperit Apollinem, Bacchum, & liberum deum patrem, Mercurium, fratres Musarum, quas Iupiter ex Mnemosine, uel memoria habuit. Bacchus ergo uel Lyeus uini inuentor, uel ut alij uolunt, liber pater in Nisa Arabiae ciuitate extitit, qui in leonem conuersus gigantem occidit, quo cum dij bellum gerebant. Apollo autem ex Vrania dea coelesti, Musæum poëtam in græcia uetustissimum ex Argonautis, qui tempore Hesiodi & Orphei Oeagri filij uixit, progeniuit, de quo extant uersus.

*Atlantis progenies.*

*Pleiades stellæ.*

*la.*

*Hyades stella.*

*Maia.*

*Bacchus.*

*Anchus erat Romæ, quo Martius optimus æuo .*

*Musæus græcis floruit in patribus.*

Et Linum qui prius à Phœnicia ad Græcos literas duxit, quiq; præceptor Herculis à quo interemptus est, ac Lyricæ Musæ primus dux extitit, etiam genuit. Mercurius uero Musarum frater uocis & sermonis, mercaturæq; Deus, atq; Deorum interpres extitit

*Celivs. 19 24.*

*Linus.*

*Mercurius.*

E s qui

# B E L L V M

- Apollo.** qui palestrā daret, hic lyram inuenit Argumq; interemit, huius ergo frater Apollo quia auctor carminis, praeses uaticinij & incantationum erat, sagittandiq; peritiam habuit, & artem medicinae percalluit atq; chordę uocalis non minor erat, & quia maior natu inter fratres erat, ut et sorores Musas quę Encyclopediam uel Musicę prouinciam cum poëtis inhabitabant, in qua omnes comprehensas esse disciplinas crediderunt ueteres, in qua etiam nemo erudiri potest qui non intelligentia memoriaq; polleat ac uigeat, quoniam ex Mnemosine, id est memoria, unde Musici dicti sunt, natę Musę, tueretur Apollo ab Ioue in prouincijs Musicarum regem cõstitutus est, nouemq; Musas sorores in Parnasso habitates ad tutandũ suscepit, ubi bacchanalia alternis annis agi solita sunt, ubi & Satyrarum frequens cœtus cernitur & plerunq; uoces audiuntur, simulq; cymbalorum crepitus ad aures hominum perueniunt: Ibi Bacchus poëtis tutatur, quod optime fieri cõstat, plurimo merito sumpto, cuius cæteri fratres nepotes & consanguinei propter res strenue gestas: primas post illũ obtinuerunt, atq; ducum principumq; loca possederunt in Musica, uidelicet Hermaphroditus, unde Salmacię baye dictę sunt. Androgines cupido secundus Deus & Mictilus, qui ex Mercurio & Venere sorore sua nati sunt. Item Euander & Pallas gigans ex eodem Mercurio & Carmenta Ionię Arcadum regis filia, qui alio nomine Nicostrata, gręcarum literarum doctissima atq; uates fuit, nati sunt, in cuius gratiam legitur, quod cum Romulus in constructione urbis Romę tres tantum portas statuere decreuisset. Primam Carmentalem appellauit à Carmenta matre Euandri summi uiri inter Hercules connumerati, quia ibi prius habitauerat, eratq; ei nomen à carminibus, quia dabat responsa, cū proprie Nicostrata uocaretur Verg.
- Encyclopedia.** *Et Carmentalem Romano nomine portam.*
- Apollo Rex in musica.** *Ouidius.*
- Mons Parnassus.** *Carmentis portę, dextro est uia proxima Iano.*
- Bacchus tutor poëtarum.** *Ire per hanc noli, quisquis es, omen habet,*
- Hermaphroditus.** *Illam famam refert, Fabios exisse trecentos,*
- Carmenta uel Nicostrata.** *Porta uacat culpa, sed tamen omen habet.*
- Euander.** *Ibi inquam Achates gemma regię famę, perspicuitatis uitreę*
- Vergilius.** *in qua*
- Achates gemma.**

# M V S I C A L E

in qua uarij sæpe colores conspiciuntur, qualem Pyrrhus ille qui <sup>Pyrrhus.</sup> <sup>Plinius.</sup> aduersus Romanos bellum gessit (ut Plinius Historiæ naturalis, libro 37. capite 1. refert) habuit, inuenitur in qua nouem Musæ & Apollo cytharam tenens spectantur, non arte, sed sponte naturæ, ita discurrentibus maculis ut Musis quoque singulis sua reddantur insignia, nec deinde alia quæ tradatur gemmarum claritas, extat apud authores, præterquam Ismeniam Choraulem <sup>Ismenia choraulem.</sup> multis fulgentibus uti solitum, comitante fabula, uanitatem eius indicato in Cypro sex aureis denarijs Smaragdo in qua <sup>Smaragdus.</sup> fuerat sculpta amymone iussisse enumerari, & cum duo relati essent imminuto precio, male me Hercules curatum dixisse, multum enim detractum erat gemmæ dignitati, hic inquam Pyrrhus uidetur instituisse, ut omnes Musicæ artis hac quoque <sup>Musici gemmati.</sup> ostentatione censerentur, ut qui gemmas gestare mereantur, ueluti Dionisiodorus æqualis eius & emulus par esse quoque censuit. <sup>Dionisiodorus.</sup> Tertius qui eodem tempore fuit inter Musicos Nicomachus multas gemmas habuisse traditur, sed nulla peritia electas, uerum forte quadam: itaque eos qui sibi hanc gemmarum ostentationem ar <sup>Nicomachus.</sup> rogant tibicinum gloria tumere dicuntur: Sicuti ergo Ecclesiastici <sup>Tubicinum gloria tumere</sup> cap. 32. dicitur. Quod gemmula carbunculi in ornamento auri est comparatio Musicorum in conuiuio uini, & sicut in fabricacione auri signum est smaragdi, sic numerus Musicorum est in iocundo & moderato uino: Quare non impediatur Musicam, & ubi auditus non est non effundas sermonem, audi ergo tacens, & pro reuerentia accedet tibi bona gratia.

## DE SCIENTIA, VIRTUTIBVS que necessitate, ornatu, & efficacia Musices.

### Caput II.



**I**N HAC IGITUR PROVINCIA BENE MODV = <sup>Musica pro-</sup> <sup>uincia.</sup> landi, instrumenta pulsandi, & tibias flandi diuinitus è celo (donum Dei optimi) demissa demonstrat **scientia**

# B E L L V M

**Varro.** scientia ubi natura sonum triformem constituit, aut enim uoce  
**Sonus ex uoce** alitur, ut est eorum qui buccis canunt, aut flatu, ut tiliarum, aut  
**flatu, pulsū,** pulsu, ut lyrae, cytharæ & similibus, quæ percutiendo sonora  
**constat.** sunt. Alij itaq; Musicam à Moys denominatam uoluerunt, nam  
**Musicae defi-** circa aquarum sonos inuenta esse creditur, Musæ enim gratiæ &  
**nitio.** charitas aquarum deæ dictæ sunt, quasi Lympharum numina,  
**Musæ gratiæ** quod aqua currendo Musicos sonos efficiat, cum lætitiâ & suauis  
**& charites.** susurro. Dicuntur enim tres gratiæ Musæ, scilicet Aglaia, id est læ-  
**Aglaia.** titia, Thalia, id est uirens seu uiriditas, quia beneficium semper  
**Thalia.** uiret, & Euphrosine, id est delectatio, quia Musici benefici in ali-  
**Euphrosine.** os esse debent, & aliorum beneficia suscipere, & ijs qui in illos li-  
**Musica har-** berales fuerunt de Musica tribuere, Musica igitur harmonica in  
**monica.** uocum cantibus est, Organica ex flatu consistit, Rithmica digito-  
**Organica.** rum impulsu numeros recipit sicut cythara, unde Musæ (ut Cale-  
**Rithmica.** pinus ait) ab institutione bonæ honestæq; disciplinæ significa-  
**Calepinus.** tionem habent, & Museon diuersorum est eruditorum uiuorum  
**Museon.** domicilium, quale apud Alexandriam Museon fuisse celebra-  
**Strabo.** tissimum, Strabo lib. ult. attestatur. Et Plin. in Epistola.  
**Plinius.** *O mare ô littus, uerum secretumq; Museon.*  
**Herodianus.** Quam multa inuenitis, quam multa dictatis, Musa quoq; (He-  
**Homusæ.** rodiano teste) dicitur inquisitio. Querendo enim disciplinas adis-  
**Harmonia in-** piscimur, alij Musas perinde ac Homusas denominatas uolunt,  
**ter artes libe-** præsumunt enim orationi. Quæ omnes etsi diuersæ ab omnibus in-  
**rales.** ter prætentur, una tamen utuntur ad inuicem cõuenientia (quam  
**Musici uates.** græci harmoniam uocant) & simul canunt, & simul tripudijs ex-  
**Themistocles.** ercentur, nec unquam ad inuicem separantur, nam tametsi ea-  
**Neocles.** rum quæq; suam uim habeat, & alia in Astronomia, alia in Geo-  
**Cicero.** metria, & alia in alijs disciplinis, in unaquaq; tamen earum Mu-  
 sas omnes inuenias. In Astronomia atq; Geometria facile reperi-  
 as, & carminum & harmoniæ pulchritudinem atq; dignitatem,  
 quod eodem modo in cæteris scientijs & artibus dici poterit. Fuit  
 proinde tantæ semper apud græcos uenerationis, ut & uates ibi-  
 dem Musici edocti & sapientes iudicarentur, ubi cum se Themisto-  
 cles rex non militasse cõfiteretur, Neoclesq; lyrae ignarus esset,  
 ambo indoctiores (ut inquit Cicero) habiti sunt. Sed ut puto cum  
alijs



# M V S I C A L E.

alijs uirtutibus ferme multis interierunt (Aristoteles in Vespis ait) *Aristoteles.*  
 ignosce neq; enim doctus est cheli, item in equitibus, ne Musicam *Basilus.*  
 quidem scio. Sic è contrario magnus ille Basilus ista uerba de Ti *Timotheus.*  
 mortheo miranda scribit. Quod tantum illi artis adfuerit, ut & ani  
 mum propter breuem & austeram harmoniam excitaret, item  
 Xenocrates philosophus ex Bithinia, uir in disciplinis memora *Xenocrates.*  
 bilis, organicis modulis Lymphaticos liberauerit: Atq; *Orpheus.*

*Orpheus antra, feras, colles quoq; traxerit amnem.*

*Tartareosq; lacus, Higeminumq; canem.*

Adhæc gratulandi officium, si quis nouam uineam plantasset,  
 nouas ædes incolet, aut aliud quippiam noui exorsus fuisset (si  
 cut etiam annona collecta) gratiæ nō (nisi Musices præsidio) per  
 agebantur. Sic quoq; C. Suetonius in libro de uita duodecim Cæ  
 sarum refert. Quod C. Caligula Cæsar cantando atq; saltando ba *C. Suetonius.*  
 tuebat pugnatorijs armis, idem canendi atq; saltandi uoluptate *C. Caligula.*  
 ita efferebatur, ut ne publicis quidem spectaculis temperaret,  
 quo minus & tragædo pronuncianti concineret, & gestum hi  
 strionis quasi laudans uel corrigens palàm effingeret, nec alia de  
 causa uideretur eo die quo petijt peruigilium indixisse, quam ini  
 tium in scenam prodeundi licentia auspicaretur. Saltabat etiam  
 nonnunquam noctu, & quondam tres consulares secunda uigi  
 lia in palatium accitos, multaq; & extrema metuentes super pul  
 pitum collocauit: deinde repente magno tybiarum & scabello  
 rum crepitu cum palla tunicaq; talari profilijt, ac decantato can  
 tico abiijt & exiliijt. Similiter tubarum sono, Numeri cap. 10. con  
 gregabantur antiquitus populi, tuba enim (ut inquit Petrus Ber *Tuba.*  
 charius Pictauiensis) sollicitat in prælijs, lætificat in conuiujs, tri *Petrus Bercha*  
 stificat in supplicijs, & conuocat in diuinis officijs, estq; stricta à *rius.*  
 parte tenentis, & lata à parte aliorum. Tibicinumq; colentium *Tibicinum fe*  
 Mineruam dies festus quinquatrijs, Idibus Iunijs celebraba *stus dies.*  
 tur, uocabaturq; is dies munusculorum. Nihil igitur in omni solo  
 musicæ gignitur melodia, hoc est, dulci cantu siue mello præ  
 clarius, nihil dulcius, nihilq; salubrius. Vnde Augusti. lib. medi *De melode ora*  
 tationum, melodem orationem pro harmoniacis concentibus *tione.*  
 dixit melodiam, est enim coniunctissimis iucundissimisq; com *Augustinus.*

F pãa

*Socratis studium et Platonis concilium.*

*Iuuentus in musica edocenda.*

*Musice. Musicae provincie fertilitas.*

*Martinus agricola.*

*Plato.*

*Macrobius.*

paſſa diminutionum, florumq; coloribus, pulcherrimis ornata notarum figuris, ac ſuauiſſimis redimita roſarum nexibus, tantæ denique eſt authoritatis & uirtutis, ut cum mortales omnes ( modo rectè apte que decanterur ) in ſui admirationem trahat, & tandem à dijs iſtis quicquid uoluerit ualeat extorſquere. Quapropter Socratis ( qui ſenio affectus, primum Muſicæ operam dare, & instrumentis ludere occepit ) item Platonis Pithagoricorum que omnium conſilium fuit communi lege ſancitum iuuenes iuenculas que in Muſicæ provincia erudiri ( non ad laſciuiæ incitamenta, quibus ars ipſa uileſcit, ſed ad motus animi ſub regula ratione que moderandos ) Cum enim inquieta ſit iuuenum natura, oblectamentorum que per omnia cupida, & ob id ſeneriorem non recipereſſent diſciplinam ſub honeſta Muſicæ uoluptate, ad ea ducebantur ſolatia, quæ honeſtam uolebant oblectare ſeneſtam. Quare Muſicè aduerbialiter pro integre, ſyncere, concordideſſe que accipitur: Verum inter provincias quibus ſe ſolet animus oblectare humanus, in qua ſalubrius, in qua melius, in qua honeſtius, quàm in hac Muſicæ provincia conuerſari liceat, nullam inuenio. Eſt enim ( ut refert Martinus Agricola ) omnium ſcientiarum mater Muſica ſuprema, ſons & origo, adeò genita quæ eius profeſſores amatores que immunes deſtituit nunquam: pro qua nulla aliarum artium à mortalibus, quibus temper in ore eſt, magis appetitur, deſideratur ue. Quotidie enim canitur, aſſatim que agitur instrumentis. Quapropter diuinus ille Plato eas demum beatiffimas fore ciuitates iudicauit, in quibus adoleſcentes ſolida hac Muſica delectati, ſordidis illis uoluptatibus renunciauerint, huius nam que tanta uis eſt, ut neque ſexum nec ætatem repellat, & ( ut apud Macrobium reconditiſſimæ ſcientiæ uirum teſtatum eſt ) nullum tam immitte, nullum tam aſperum, tam que rude peſtus, quod non ( per huius campos ſi contingat ſpaciari ) oblectamentorum eius moueatur affectu. Curas enim abigit, clementiam ſuadet, iras & reprimat & ſuggerit, artes alit, concordiam nutrit, hec omnes mentes ad facta fortia accendit:

## M U S I C A L E.

accendit : cohibet vitia , virtutes & gignit & ornat genitas ,  
 mores que componit , & ob mirandam huius prouinciæ sua-  
 uolentiam , dulcedinem , suauitatem , & concordantiam , im-  
 mensa auti pondera , Reges , Imperatores , Principes que conte-  
 rere , in ea non est qui dubitet . Itaque de Claudio Nerone *Claudius Ne-*  
 Cæsare , Musicorum cupidissimo , sic apud Suetonium legitur , *ro.*  
 quod ideo instituerant ciuitates , apud quas Musici agonas , id *Suetonius.*  
 est , sacrificia edi solent , omnes Cytharædorum coronas apud *Coronæ Cy-*  
 ipsum mittere , eas adeo grate recipiebat , ut legatos qui pertu- *tharædorum*  
 lissent , non modo primos admitteret , sed etiam familiaribus *acceptæ.*  
 epulis interponeret : à quibusdam ex his rogatus ut cantaret  
 super cœnam , exceptusque effusius solos scire audire Græcos ,  
 solos que se & studijs suis dignos ait , nec professione dilata ,  
 ut primum Casiopem traiecit , statim ad aram Iouis Castij  
 cantare auspicatus est : Idem Olympiæ quoque præter consue-  
 tudinem Musicum Agona commisit . Rursus cantante eo nec  
 necessaria quidem causa excedere theatro licitum erat , reuer-  
 sus que è Græcia Neapolim , quod in ea primam artem protu- *Triumphus*  
 lerat , albis equis magno cum triumpho introiit , disiecta parte *Claudij Nero-*  
 muri , ut mos Hieronicarum est , Romanique ingrediens cum ti- *nis in musica.*  
 tulis , ubi & quos , quo cantionum argumento uicisset , sequen-  
 tibus currum ( quantum ritu ) plausoribus , de hinc Apollinem  
 petiit : idem statuas suas Cytharædico habitu ornatas habu-  
 it : qua nota etiam nummum percussit . Ac post hæc tantum  
 abfuit à remittendo , laxando que studio Musices , ut conser-  
 uandæ uocis gratiæ , neque milites unquam nisi absens , aut *Vox Neranis*  
 alio uerba pronunciante appellaret , neque quicquam serio io- *summo studio*  
 co ue egerit , nisi astante Phonsasco qui moueret , parceret arte *custodita.*  
 rijs , ac sudarium ad os applicaret . Titum quoque legimus im- *Titus impera-*  
 peratorem post multas , tum belli , tum pacis artes , neque Mu- *tor.*  
 sicæ quidem rudem extrinse , uerum cantare iucunde , scienter *Religiosi.*  
 que psallere caluisse : Transeo religiosissimos quos que , qui etsi  
 ab omnibus terrenis uoluptatibus sunt alieni , in hac tamen una  
 tanquam diuino quodam oblectamento iugiter persistunt .  
 Quid tandem refertam : Tantam Musicis concentibus inesse  
 F h efficaci.

## B E L L V M

*Boetius.* efficaciam, Boetius dixit, ut etiam homo si cupiat, eis carere non  
*Musica uires* potest. Musica namque curas abigit, insomnes infantes compescit  
 uagientes, laborantum mitigat labores, fessos reparat artus, ac  
 perturbatos reformat animos: Musica inquam & uinum lætifi-  
*Cantores.* aut esse perfecta. Quare uenerabiles sunt cantores, & plurimum  
 à mortalibus amandi, quando quidem Musa eos docuit, amat  
*Pithagoras.* enim cantores, & ideo Pythagoras, Philosophus Samius insi-  
 gnis pulchritudinis, psallendi Musicæque peritissimus, Demarati  
 negotiatoris filius (qui lymphaticos adolescentes, & quasi insa-  
 nos, ad modum latuatorum in Carnispruiuo apud nos, modu-  
 latione conuersa ab insania reuocauit, ita ut coronas de capite  
 confringentes, in se reuersi domum redierint) discipulis ut in me-  
 lodijs, & obdormirent & à somno resurgerent præcepit: mores  
*Claudius uero* namque hominum regit & componit. Nam & Claudius uero quo  
*Musica con-* ad Musicam coluit (Seneca teste) mitissimus extitit, sed ubi relicta  
*traria Nigro-* musica ad Nigromantiæ diabolicas artes animum uertit, tum pri-  
*mantie.* mum sequere coepit, ex agno lupus factus est, atque ex mäsuetissimo  
*Seneca.* principe in sæuissimã bestiam est transformatus. Romani quoque  
*Romani.* & Lacedemonij (ut ait Martianus Capella) amatores Musicæ  
*Martianus.* populos suos bellis oppressos, fistulis, tubis, & tybijs, tympanisque  
*Caius graccus.* animosiores reddebant & imperterritos. Similiter Caius Graccus  
 adolescens rhetor coram senatu orans adolescentem Musicæ pe-  
 ritum se retro habebat, quia sua tybia (si quandoque uocem altius  
 eleuabat aut deprimebat) tonum reddebant, quo ad pristinam uo-  
 cem reuenteretur. Itaque cum doctrina omnijsque literarum genere  
*Græci.* græci (ut ait Cicero) Romanos superarent, non solum cæteras  
*Cicero.* Philosophiæ partes, uerum etiam Musicam magno in honore  
 atque precio habuerunt. Summam enim eruditionem sitam cen-  
*Epaminundas* sebant in neruorum uocumque cantibus. Quare Epaminundas  
*à Dionisio.* Thebanus græciæ princeps fidibus præclarissime canere studuit,  
*Olimpiodoro* cytharisare & cantare ad chordarum sonum à Dionisio doctus  
*et Calliphrone* est. Carmina cantare tybijs ab Olimpiodoro, saltare à Calliphro-  
*doctus.* no didicit. A Chirone (qui & Centaurus fuit Saturni & Phylliræ  
*Achilles à* filius Oceani filia, dimidio homo, reliqua parte equus, quiq  
*Chirone.* non

# M U S I C A E

non modo Centauros, sed uniuersos suæ ætatis homines bonitate & iustitia superauit, unde Aratus. Hic erit ille pius Chiron iustissimus, omnes inter nubigenas & magni doctor Achyllis, qui nauigauit cum Argonautis, quorum medicus fuit, medicinam & herbarum uires inuenit) cytharam Achilles didicit, à quo Aesculapius medicinam, & Astrologiam Hercules didicerunt. Quin & Vergilius non minori dexteritate ipsas aues melodía decipi testatur. Dum dicit:

*Fistula dulce canit, uolucrum dum decipit auceps.*

E contrario Syrenæ in mari nauigantes, homines suo cantu ad se alliciunt, ut sibi præda fiant. Quemadmodum Iupiter Ledam Tindari regis uxorem deperiens, in cygni effigiem conuersus, cantu suo uirginem non modo ut ad se ueniret, sed etiam ut sibi blandiretur allexit. Quæ prægnans effecta ouum peperit, ex quo Castor, Polluxq; & Helena nati sunt, neq; solum aues cantu capiuntur, uerum etiam animalia ferocia, ut Elephantes, & similia ( ut cætera sub ticeam ) quæ etiam organica permulceri dulcedine, nemo est qui inficias ire possit.

## DE GENEALOGIA, ELECTIO- ne, Regno, & potestate regum in Musica.

### Caput III.

**P**ROVINCIA HAEC ITAQUE LICET VNICA sit & indiuidua, geminos tamen reges potentissimos fratres habet, qui in ea imperent, & prior quidem plani cantus & choralis partes. Posterior uero mensuralis cantus & figuratiui regionem possidebat. Qui ambo patrem sortiti sunt Apollinem Deum, Iouis filium ex Maia Atlantis filia, fratremq; Musarum ex Ioue & Mnemosine progenitarum, & tandem omnis Musices prouinciæ regem inuictissimum. Horum alter nomine Museus, alter Linus ex Urania dea cœlesti

*Reges fratres.*

*Apollinis genealogia.*

*Celius. 9. 1.*

*Nominat regem.*

F 3 pros

*Musica practica.*

*Theorica in spectiva.*

*Deliberatio regis.*

*Museus Linus.*

*Conuocatio principum pro electione regis.*

*Oratio Apollinis.*

progenitus est, & hi quidem practicam adiuam Musicam professi erant, peneque perlustrauerant, quæ omnem bene modulandi regionem, quæque in se sonos, uoces, uerba, & numeros habebat, unde planus cantus & mensuralis cantus dicti sunt. Hæc itaque practica Musica proxima, & confinis est Theoricæ in spectiua Musicæ prouinciæ, quæ sonos naturalibus instrumentis formatos (non auribus quarum sunt obtusa iudicia, sed ingenio ratione que perpendendo) sub se continebat. Quos cum uideret pater pariter & corporis, & ingenij dotibus pollere, alterumque altero in omni genere scibili non inferiorem esse, sibi que (quia grandæus erat) mortem, cælos repetendi tempus imminere in dies: cogitare coepit utrum eorum regno suo præficeret: nunc hunc, nunc illum intuens, utriusque mores contem-  
plabatur. Erat enim Museus planus maior natu, grauis, facundus, sed seuerus, ideo parum populo dilectus. Linus autem mensuralis, hilaris, iucundus, amabilis, omnibus graciosus, magis amari quam timeri studuit. Quare omnium animos facile sibi conciliauit. Quod cum notasset pater, plus & plus indies agebatur, quem è duobus regem consecraret. Statuto igitur die euocatis ex Atlanticis insulis Musis sororibus (à quibus musicæ nomen inditum est) cum musicis, omnibus que regni principibus, quales sunt Cantores, Poëtæ, Oratores, Philosophi morales, Musici plani & mensurales, instrumentorumque moderatores, cum diuinorum rectoribus, qui in regno primum post regem locum tenebant: His coram Apollo eiusmodi orationem habuisse dicitur. Proceres mei uaria militiæ pericula, terra, marique experti, dum me duce uictoria signa per uniuersum orbem tulistis. Ecce orbis patet immensus, hostis nullus, omnia uobis secunda sunt, solum mihi mors accedit, ad que fabulæ meæ Catastrophæ accedendum: Vita recedit, corpus debilitatum laboribus, animus curis consumptus: nihil mihi nisi ut quamprimum mortem experiat expectandum, & tandem uita morte commutata cælos repetendum. Quare statui unum è duobus, quos genui filijs, quem communi concilio eligeretis uobis in Regem constituere, qui uos qui regnum hoc uestro sanguine,

partum

# M U S I C A L E .

partem ab iniuria & hostium incurfione defendat . His dictis *Diuerfa opi-*  
 proceres consultare , atque turmatim de communi salute tracta- *nio fubditari.*  
 re, diffidentes tamen alij alium regem fibi postulare . Oratores  
 enim & poëtae planum : cantores uero & instrumentorum mo-  
 deratores mensuralem regem postulabant, rectores autem diui-  
 norum, & Musici, apud quos iura regni erant altius speculati,  
 neutrum reijciendum, sed regnum illis diuidendum sanxerunt. *Musci portio.*  
 Quorum sententia & apud regem praualuit, diuisum est itaq;  
 regnum, ita ut Museus ( quia poëta uetustissimus, & inter græ-  
 cos florentissimus fuit, planiq; & choralis cantus partes obti-  
 nuerat) omnium cantabilium ( ut sunt orationes, prophetiæ, le-  
 ctiones, Epistolæ, Hymni, Sequentiæ, Profæ, & Euangelia, Tro-  
 pi, & Responsoria, Introitus, & similia, Antiphona, & cætera )  
 rex simpliciter cantandorum constitueretur . Linus uero ( quia *Lini portio.*  
 Lyricæ Musæ primus dux extitit, mensuralisq; & figuratiui can-  
 tus partes obtinebat ) eorum, quæ tanguntur & pulsantur figu-  
 rativæ, instrumentis que sibilantur, atque uoce exprimuntur ( ut  
 sunt cantiones, cantica, psalmi, carmina, choreæ, muteta, can-  
 tilenæ, & similia ) rex atque moderator existeret, His partes  
 compositiæ, cum regibus suis abierunt, & non modo planum,  
 uerum & mensuralem ab omnibus hominibus reuerendum  
 concluderunt. Quam rem sanctissimus in Christo pater ac Do- *Confirmatio*  
 minus, Dominus Gregorius Papa . Et D. Titus Romanorum *regum.*  
 Imperator gloriosissimus, ambo terreni, ambo Musicæ, rei- *Præuilegia.*  
 publicæ culmina, ambo bonarum disciplinarum ac præcipue *Pœna contra-*  
 Musicæ artis præcipua luminaria, generali patrum consensu ac *dicentium.*  
 principum decreto, postea approbarunt, priuilegijs dota-  
 runt, atq; omnes contradicentes tanquam læsæ ma-  
 iestatis reos hunc anima, illum corpore,  
 bonisq; temporalibus dam-  
 narunt .

De

B E L L U M  
DE DISSENTIONE, DISCEP-  
tatione, earumq; occasione inter reges  
MUSICÆ exorta.

Caput IIII.

*Concordia  
regum.*



IC DIVTISSIMIS TEMPORIBVS TANTA SIMVL  
alter cum altero regum concordia regnavit, ut in con-  
ficienda melodia, ex qua utriusq; imperij uestigal  
omne consistit, nullum unquam dissidium, nulla dis-  
sentio, nullum deniq; litigium inter eos fuerit auditum in Musi-  
ca, quæ cum pia sit, iucunda sit, coelestis sit, naturam habens & di-  
uinam, & pulchram, & beatam, in hacq; tanta reges concordia  
tam diu uixissent, resq; utriusq; optime procederent, sceliciq; pro-  
sperarentur successu: accidit ut orta inter reges ex parua causa dis-  
sentione, cuncta tumultibus & inexpectatis bellorū anfractibus,  
inuoluerentur. Quid enim non faciunt inuidia, uinum & immo-  
deratus sumptæ æpulæ. Tantam animorum coniunctionem  
unius conuiuij ebrietas in eos impulit utrumq; regem insanias  
& inimicitias, ut immoderata dominandi libidine tanquam syl-  
uestres tauri asylo acti propria regna, & tam nobile musicæ im-  
perium penè euerterint: nec mirum cum fratrum concordiam  
raram esse conspiciamus: Ita inualuit (proch dolor) apud omnes  
fere homines, mei & tui desiderium, ut frater fratri, pater filio, fili-  
us uicissim patri non cedat, si de gloriola, nomine, uel re uilissi-  
ma questio seu contentio exordiat. Quin à principio mundi  
Cain in fratrem suum Abel consurrexit ut habetur Genes. cap. 4.  
& interfecit eum innoxium, sed (ut cætera sub ticeam) referam  
quonam pacto gesta res sit, ut sciant omnes nullum tam esse amo-  
ris arctum uinculum, quod regnandi libido non soluat. Quæ  
propter Dionisium senioresem dicere solitum ferunt ab amicis eti-  
am cauendum esse ei qui præsit, quando ignarus non sit eos im-  
perare malle quam seruire. Cœnantibus itaq; prædictis regibus  
in medio æstatis seruore, secus placidissimum & perhennem fon-  
tem.

*Dissentionis  
exordium.*

*Ebrietas.  
Libido domi-  
nandi.*

*Cupiditas  
rerum.*

*Cain & Abel.*

*Dionisius se-  
nior.*

*Prælatum.*

*Narratio dis-  
sidiij inter re-  
ges.*



# M V S I C A L E.

rem, cuius ripas undiq; uirides fagi, & altissimæ platani opacitate  
eximia adumbrabant. Postquam abunde uentri factum est satis,  
cumq; incaluisse omnes mero ( ut nox & amor, uinumq; nihil  
moderabile suadent) orta est inter eos quæstio, cuiusnam partes *Quæstio de*  
in compositione Musicorum concentuum potiores censerentur. *compositione.*  
Et plano quidem digniorem locum sibi ascribente acriter resiste-  
bat mensuralis rex, asserens sine se stare cōcinentiæ regnum non  
posse, ex seq; procedere quod intelligibilis & grata fiat apud om-  
nes concordantia.

## ARGUMENTATIO REGIS

mensuralium, pro dominio, dignitate, &  
principatu in Musica reti-  
nendo.

### Caput V.



VID ENIM (AIEBAT LINVS MENSURALIS  
Lyricus) facis tu in Musica sine me, si paululum præ- *Inuectio con-*  
sentiam meam subtraxero, non secus te fastidiant au- *tra Planum.*  
dientes ac tristem ploratorem cum tuis notis unifor-  
mibus, quod facile probatur per tuas Missas & Vigiliis ( ut uo-  
cant) de Requiem, cum precibus mortuorum, quas, saluandis de-  
functorum animabus adhuc in purgatorio existentibus, funditis,  
quam inde mœsti, tristesq; reuertantur qui interfuerunt (exceptis  
sacrificis & ministris, quorum crumenæ consulitur) ut parum ab-  
sit quin inde morbum sibi concilient, & cum illis moriantur, sa-  
tis notum est. Contra. Si celebrantur nuptiæ, aut conuiuia, scœnæ,  
& similia planum cantum hinc amoueri, mensurales uero intro- *Pro mensurali*  
mitti omnibus in conspicuo est. Ob id præcipue quod tria Musi- *Tria sunt mu-*  
corum genera possideo. Vnum quod instrumentis concorditer *sicorum ge-*  
agit. Aliud, quod carmina fingit. Tertium quod instrumentorum *nera.*  
opus, carmenq; dijudicat, in malam ergo crucem ualeas, quum  
mei Musici tuis non egeant suffragijs, ut ab igne purgatorij libe-  
G rentur,

# B E L L V M

*Libertas mensuralium.*

*Ecclesia.*

*Orpheus.*

*Ovidius & Vergilius.*

*Eurydice.*

*Luce. 13.*

*Esaya. 8.*

*Angeli musici instrumentales.*

*Pictores.*

tentur qui se ipsos ab ipsis inferis, unde post Christum nemo egreditur sua industria, arte, & Musica libertate liberari, ingredi & regredi ualeant & possint, non obstante quod dictum est (ab Ecclesia) ex inferno nulla est redemptio. Vbi quæso scriptum, literisq; commendatum comperisti unquam, Musicos, Organistas, Cytharædos, Testudinarios, sibi que similes ad tartara descendisse, ibique perstitisse? Legitur quidem (si poëtis credere fas est) fateor etiam quod Orpheus antra perierit, sed idem patrocinator sua Lyrica Musa inde egressus est, uxorem que sibi charam Eurydicem, ab inferis etiam inuitis demonibus & malignis spiritibus reuocauit, reduxitq;. Satis etiam uerisimile esse uideatur Musicos instrumentarios, apud inferos persistere non posse, cum certum sit instrumenta eorum ardore ignis flagrantis non consumi, & confundi non posse: ergo apud illos non comperiuntur tales Musici, ubi est stridor dentium, quod si credere non uultis, quærite à Phitonibus, & à diuinis qui strident in incantationibus suis: nunquid non populus à Deo suo requiret uisionem pro uiuis ac mortuis. Quod si non dixerint iuxta uerbum hoc, non erit eis matutina lux. Si autem fortuito quispiam ad inferna descendat, cum notis suis figuratis in lineis existentibus, quæ quidē formam crucis repræsentant, inde demones inimicos crucis Christi, (quorum finis est interitus, qui præter crucem nil metuunt) aufugere credibile est. Scriptum est enim, per crucem interficiens inimicitias. Sicut satis de Dauide expertum habemus, qui malignum spiritum regem Saulē uexantem, per sonum cytharæ recedere cogebat, ut habetur primo Regum capite decimo sexto. E contra uero angelos qui in cœlis sunt omnium generum instrumenta Musicalia pulsare, depingi, & tractare uideamus: alius enim Lyram manu tenet, alius Tympanum, alius Organum, alius Cytharam, alij alijs instrumentis ludentes consonare uidentur. Quis quæso pictoribus hæc tabulis impingere persuasisset, nisi re ipsa compertius haberent angelos in cœlis instrumentis agere, quū uerum sit ibi neminem lugere aut tristem esse, sed è contra omnes gaudere & gloriificate Deum qui in cœlis est. Quinimo manifestissimum ueritatis testi-

tis testi-

# M V S I C A L E.

vis testimonium Astronomi nobis præbent, quum Lyram quam  
 Mercurius compererat inter sydera cum stellis collocatam esse  
 affirmant. Quare pie credendum est omnes Musicos mensura-  
 les, tam uocales quam instrumentarios, Deo angelisque gratissi-  
 mos esse (si sua arte bene utantur) neminemque eorum à gloria cœ-  
 lesti secludi, uerum requiri & acceptari in consortium beatorum  
 angelorum. Similis enim similem sibi quærit, & simili gau-  
 det semper que similem Deus ducit ad similem. Et ideo mei  
 Musici mensurales, postquam satis repetantur, recta uia cœlos  
 conscendunt, ubi cum angelis Deum collaudant. Tui uero  
 plani Musici, quia admodum tristes cantus uniformes promunt  
 & efferunt tristes, repetent umbras ubi perpetuus est clamor  
 & stridor dentium. E contra uerò dum planus es & simplex,  
 qui neque concordias aut consonantias nouisti, (cum simpli-  
 citer cantes) quemadmodum communi prouerbio dicitur.  
 Qui tristis est pro aliqua re omissa (sicut tu pro amico mortuo  
 prærefers) non est contentus in corde suo, qui non est con-  
 tentus, discordat & inuehitur, simul que discordat cum illo  
 qui rem omissam detinet. Qui discordat, non habet pa-  
 cem & concordiam in corde suo. Quo pacto non iudicaberis  
 alienissimus esse à uoluntate Dei patris omnipotentis, qui  
 pacem & concordiam Euangelicæ omnibus christicolis tam sæ-  
 pe commendauit? Cui nostri mensurales Musici uoce, sono,  
 & instrumentis pro totis uiribus obtemperant. Ita ut nec  
 manus, (manibus enim instrumenta tanguntur) uel pedes,  
 pedibus quoque pedalia deprimunt organistæ) inde amo-  
 ueant. Rursum quam nescius sis, satis in manifesto est, cum  
 à te ipso nihil excogitare ualeas, ita enim simplex es. Quin  
 & tuum regnum uniformibus notis & uocibus similibus (eti-  
 am si plures simul cantent) conditum esse satis patet, ubi nescio  
 quid in commune obstrepit, sic que te plures alere alumnos, qui  
 se cantores profitentur (ut sunt pueri, præcipue qui ecclesiasti-  
 cos cantus exercent, qui nec prioribus labijs ipsa tua rudimenta sa-  
 lutauerunt) quos bestiis (cum Guidone) recto iure connumerare,  
 ebrijsque eadem sententia cōparare audeam, qui domū repetituri,

*Lyra signum  
cœleste.*

*Salus mensu-  
ralium.*

*Similis simi-  
lem quærit.*

*Damnatio pla-  
norum.*

*Cantus pla-  
nus.*

*Cantus men-  
suralis.*

*Inscitia plani  
Uniformitas  
notarum pla-  
narum.*

*Bestie &  
ebrij.  
Guido.*

G 2 quo

# B E L L V M

*Comparatio  
cantoris ad  
musicum.*

*Musici uates.  
Fabius Quinti-  
ilianus.  
Ciuitates.  
Claues.*

*Disdiapason.*

*Pausa & re-  
spira.  
Monachi &  
moniales.*

quo calle reuertantur titubantes, penitus ignorant. Cantoresq; tuos (quis inficias ibit) ita esse ad Musicum, sicuti praecones ad praetorem, solumq; referre posse se, quae alij sciunt luce clarius, non omnes uno ore profitebuntur cõtestabunturq; itaq; quia quod non sapiunt faciunt, bestias esse adiudico. est etenim multo praestantius scire quod quisq; facit (quã rem nostri Musici norunt) quã id ipsum facere quod quisq; scit. Inde aedificiorum opera ac triumphos his attribui uidemus, quorum imperio ac ratione constituta sunt, non quorum opere seruitioq; sunt perfecta. Et ideo nostros Musicos Fabius Quintilianus ita in tota prouincia celebrari uoluit, ut ijdem & uates & sapientes, sine ullius iniuria optime iudicarentur. Sed & illud notare debes, ciuitatum omnium tam inferiorum quam superiorum, à r ut, uel Gamaut, usq; ad ciuitatem eela, me clauis possidere: & ibi quotiescunq; libuerit in F fa ut, graui & suprema, & ultra si uisum fuerit castra struere mihi licere, quo facilius & securus extra manum Musicalem (paternam metam) ulterius aut inferius progrediar. Neq; ullum futurum qui mihi contradicere audeat, quo minus per omnes ciuitates cum omnibus clauibus ab octaua descendentibus diuagari liceat & possim: tuas uero uoces infra disdiapason ex iussu mandatoq; parentis nostri te continere oportere: Ex quo facillime est cernere meas potestates, dum lubet ulterius sese extendere posse, quam tuæ uel audeant uel ualeant: si modo patri obtemperate (quod filium decet) constituisti. Quare quo te sublimior & potentior, eo etiam dignior & excellentior comprobari debeo. Idq; imprimis propter dulcedinem, mansuetudinemq; gratiam & mititatem, quibus aduersus plebeios & conciuēs meos utor liberaliter, ut ne re dicere audeam cum propheta Ecclesiaste cap. 2. feci mihi cantatores, cantores. cantatrices, & delicias filiorum hominum. Quum igitur tanta diuitiarum copia abundem, quid detrimenti recepero, si meis incolis per pausas à cantu relaxationem concessero. Sic enim fit ut mihi libenter inseruire sint paratissimi, tui uero Misselli populi & subditi, quales sunt monachi, & moniales uirgines (quorum etiam commiseratione ducor) noctes & dies per te sine intermissione canere opprimuntur, ut etiam incipientibus canere, pausa

# M V S I C A L E

re, paufare unius uel horulæ fufpirium refpirate, uel unius tempo-  
ris (☩) fpatio ceflare non liceat, donec ad finem fui cantus perue-  
nerint: ut penè de illis dici poffit, quod de damnatis in inferno  
exiftentibus perhibetur, quorum quotidiana eft quæftio. Quid *Quæftio dam-*  
non eft pœna (ita præter pœnam nihil fciant) ut non dubium fit *natorum.*  
quin inter illos, tuos commilitones de paufis & fufpirijs, refpira-  
tionibusq; magna interdum exordiat contentio atq; disputa-  
tio. Quæ omnia tuam inconfideratam, tyrannicamq; aufferita- *Plani incon-*  
tem in miferandos feruos tuos præ fe ferunt. Quos (fi dñ faxint) *fiderantia.*  
breuimeis priuilegijs gaudere fecero.

*Quod caret alterna requie, durable non eft.* (inquit Ouidius) *Ouidius.*  
quare non durabis diutius, meisq; manibus tibi emoriendum  
erit.

## CONFIRMAT MENSURA

lium rex dignitatem fuam prophanis au-  
thoritatibus, alijsq; rationibus  
facris.

### Caput VI.



**N**VNC PRÆCLARISSIMA VIRTVTIS SONO-  
rum meorum exempla, quibus commoti fuit du-  
dum animi affectus proferre libet. An te latet nullam  
animam in hac uita efle quæ non fonis meis capia-  
tur: ut non folum, qui funt habitu cultiores (ficuti teftem habeo *Macrobius.*  
Macrobius) uerum uniuersæ quoq; barbarę nationes mendifas  
meas, quibus uel ad ardorem uirtutis animetur, uel etiam (fi libet  
ad mollitiem uoluptatis refoluantur) exerceant. Et ita in prouin-  
cia mea profitentur, ut ad bellum progressui, & item receptui ca-  
natur, cantu meo & excitante & rufus fedante uirtutem. Terpan-  
der & Arion (ut diuus Seuerinus author eft) Aones & Lesbios  
cantu à grauiſſimis morbis leuaſſe credis: Nonne ope & auxilio *Arion Lesbios*  
noſtro Muſico idem Arion Lesbios Cytharædus, omniumq; cy-  
G 3 thariffa-

## B E L L V M

*Plinius.*  
*Solinus.*  
*Imago Arionis.*  
*Amphion.*  
*Orpheus.*  
*Timotheus.*  
*Alexander.*  
*Clytemnestra*  
*Agamemnonis uxor.*  
*Aegistus.*  
*Claudius Nero.*  
*Organum Hydranlicum.*  
*Animalia bruta.*  
*Cerui.*  
*Cygni Hyperborei.*  
*Elephantes Indi.*  
*Auiculæ.*  
*Serpentes.*

tharistatū primus lyre inuentor, tempore Cipselli tyfanni Corinthiorum regis ( ut tā Plinium quam Solinum testes habeo ) procurator regius, occasione pecuniæ quam habebat, à nautis in mare proiectus est ( cum prius licentiam cytharizandi ad consolationem casus sui obtinuisset ) statim delphinorum multitudine accurrente, qui eum demersum receperunt, & ad portum incolumem deuexerunt, præseruatus fuit? Quapropter Corinthij in templo suo imaginem æream hominis super delphinum equitantis, ad repræsentationem miraculi nobis erexerunt: Nonne Amphionem Dyrceum lapides & saxa in Thebarum muros congregasse uehementer uerum atque indubitatum est: Orpheum Thracem Eurydicem coniugem ab inferis reuocasse: Timotheum uirū Phrygium: Alexandrum Magnum, totius orbis domitorem ab epulis ad arma capeffanda inflammasse, & mutato modulationis instrumento eundem ab armis rursus ad conuiuū reuocasse: Nonne Clytemnestram Agamemnonis uxorem ( discessurus namque erat è patria Agamemnon, profecturus que Troiam ) ad pudicitiam Cytharœdi opera & continentiam incitatam fuisse, usque adeo ut Aegistus non nisi occiso Cytharœdo, ea potiri potuerit, constat: Contra. Nonne Claudius uerò etiam inter uitæ & imperij pericula, dum suauitate mira Hydranlicorum organorum deliniretur ( aquam enim illa continent, pluribus que fistulis aër immixtus aquæ modulationem, cum susurro mixtam emittant ) exercituum & ducum defectiones, imminens que periculum & exitium manifestum curare neglexit: Sed quod plus est bestię & animalia ( non modo homines ) uolucres, atque delphini ad auditum meorum modulationum prouocantur, cerui enim fistulis capiuntur, studio que modulantium detinentur cygni hyperborei cytharæ cantibus alliciuntur. Elephantes Indi organica dulcedine permulcentur, Auiculæ fistulis irretiuntur, Serpentes cantibus rumpuntur, & salit ad certos urfa citata sonos. Teneros adhuc infantum sensus permouent cantus, crepitaculaq; uagientium sedant lachrymas. Eadem quoque Musicæ suauitate Schias, coxendicumq; dolores emendauit Hismenias Thebanus, qui etiam

am mo-

# M V S I C A L E.

ani modulos tentasse memoratur. Sepultorū in quā manes canti- Manes sepul-  
 cis excitantur. Inq; Asiaco litore mare cytharā personat, Megaris torum.  
 cytharam personat saxum, & ad cuiuslibet pulsantis ictum fidi- Mare.  
 cinat. Nonne mos ueteribus fuit, constanter que in hanc usque Saxum.  
 ætatem durat, ut carminibus melodicè compositis homines  
 utantur incantatores, qui à cantu sic dicti sunt, quibus credunt Incantatores.  
 se & eijcere posse Deos, & cum eis colloqui, & tonitrua ac tem- Efficacia car-  
 pestates prouocare, & serpentes contrahere, morbos curare, minum.  
 ostia sine clauibus aperire, amnes et stagna siccare, in acie hostium  
 omnia trepidare ac terga uertere, secreta scrutari, & amorem sibi  
 conciliare, aliaq; huiusmodi etiam quæ contra naturam esse ui-  
 dentur infinita. Quæ si minus quam olim contingere uidea- Peccata.  
 mus peccatorum uitio, non Musicæ culpa fieri credendum est.  
 Mirum certè est in tantam credulitatem ex tam salubribus ini-  
 tijs euecta humana ingenia fuisse, si in aliqua re seruarem mo-  
 dum nouissent. Sed hoc est in omnire, humani ingenij condi-  
 tio, ut à necessarijs orsa, primum cuncta ueniant ad minimum.  
 Quinimo Homerus Vlissēm scribit uulnerato femine, profu- Homerus.  
 uium sanguinis carmine inhibuisse. Hesiodus: Ischiadicos (id est, Vlysses.  
 eos qui coxendicum morbum patiuntur) carmine sanari pro- Ischiadici.  
 didit. Cato affirmat luxatis membris, id est, quæ suis locis mota Cato.  
 sunt, carmine auxiliari. Marcus Varro carmine sanari podagras Luxata mem-  
 asseruit. Cæsarem itaque Dictatorem certum est post unum bra.  
 ancipitem uehicularum casum semper ut primum consedisset carmi- Marcus Var-  
 ne ter repetito securitatem itinerum aucupari consueuisse. Etsi ro.  
 Aristoteles ueritatis indagator (qui ea tantum credidit, quæ uel Podagra.  
 comprehendī sensu uel probari rationibus possunt) hæc om- Cesar dicta-  
 nia irridet, falsa que esse existimat. Plinius quoque artem hanc tor.  
 magicæ incantatorum omnium artium fraudulentissimam esse Aristoteles.  
 asserit: miraturque quo in toto terrarum orbe plurimis sæcu- Plinius.  
 lis ualuerit, id que ob eam causam putat accidisse, quod sola Incantationis  
 artium tres alias imperiosissimas humanæ mentis complexa ars.  
 in se unam redegerit. Quippe natam primo à medicina, ne-  
 mo dubitauit, ac specie salutari irrepsisse, uelut altiozem san-  
 etiozem que quam medicinam, ita blandissimis desidera-  
tissi-

# B E L L V M

Magiæ in-  
uentor .  
  
Plinius  
Circes incan-  
tatrix .  
  
Vlyffes .  
Messes .  
Elementa .  
Mors .  
Mens .  
  
  
  
Luna .  
Anguis .  
Ceres .  
Aquæ .  
Glandes .  
Vua .  
Poma .  
Fruges .  
Segetes .  
Sydera .  
Flumina .  
Solum .  
Manes .  
Offa .  
Nubila .  
Niues .
 

 tiffimisq; promissis addidisse vires religionis , ad quam maxime  
alligatur genus humanum , post hac miscuisse mathematicas ar-  
tes nullo non audio de se futura sciendi atq; ea è cœlo uerissime  
peti credenti . Ita possessis hominum sensibus , tripli uinculo in  
tantum fastigij adoleuisse , ut in magna humanarum gentium  
parte præualuerit . Attamen magicam incantationem à Zoroa-  
stre Persa primum inuenta esse certum est , quem sex millibus an-  
norum fuisse ante Platonis mortem Eudoxi testimonio Plinius  
affirmat . Circe item incantatricem magam fuisse ostendit Ver-  
gilius , ubi dicit .

*Carminibus Circe socios mutauit Vlyffis,*

*Atq; satas alio, uidi traducere messes .*

Mens .  
Mens .
 

 Quin etiam elementa concuti , turbati hominum mentes , &  
sæpe sine ullo ueneni haustu uiolentia tantum carminis , interimi  
homines existimauere . Lucanus .

*Mens hausti nulla sanie polluta ueneni.*

*Incantata perit .*

**Vergilius .**

*Carmina uel cœlo possunt deducere lunam .*

*Item .*

*Frigidus in pratis, cantando rumpitur anguis .*

**Ouidius .**

*Carmines læsa Ceres, sterilem uanescit in herbam.*

*Deficiunt læsi, carmine fontis aquæ.*

*Illicibus glandes, cantataq; uitibus uua .*

*Decidit & nullo, poma mouente fluunt .*

Solum .  
Manes .  
Offa .  
Nubila .  
Niues .
 

 Et in duodecim tabulis scriptum fuisse constat . Qui fruges ex-  
cantasset . Item . Qui malum carmen incantasset . Item , Neue alie-  
nam segetem pellexeris . Tibullus de muliere maga .

*Hanc ego de cœlo, ducentem sydera uidi ,*

*Fluminibus hæc rapidi, carmine uertit iter .*

*Hæc cantu finditq; solum , manesq; sepulchris :*

*Elicit, & trepido deuocat offa rogo .*

*Dum libet hæc tristi, depellit nubila cœlo ,*

*Cum libet, æstiuo conuocat orbe niues .*

**Ouidius .**



# M V S I C A L E.

## Ouidius de Medea.

Cum uolui, ripis mirantibus amneis  
 In fonteis rediere suos, concussaq; sisto.  
 Stantia concutio cantu freta nubila pello.  
 Nubilaq; induco, uentos abigoq; uocoq;.  
 Viuaq; saxa sua conuulsaq; robora terra.  
 Et syluas moueo, iubeoq; tremiscere montes.  
 Et mugire solum maneisq; exire sepulchris.  
 Te quoq; luna traho.

Ripa.  
 Fontes.  
 Freta.  
 Venti.  
 Saxa.  
 Syluae.  
 Montes.  
 Terra.

Quod si prophana adhuc me non iuuant, missa isthæc facia-  
 mus, & ad seria grauioraq; dilabamur. Audi iam ea quæ ex sacra  
 pagina in medium proferam. David ille Psalmista regius ante  
 arcam in Ierusalem cythara ludens baiulat. Item Saulem Israël  
 regem cum à spiritu uexaretur immundo, ante eum cytharam  
 tangens à morbo liberauit. Et ut 2. Paralip. cap. 5. habetur. Egressi  
 sacerdotes de sanctuario omnes, tam Leuitæ quam cantores, id  
 est qui sub Alaph erant, & qui sub Hemã, & qui sub Idithum, filij  
 & fratres uestiti bysiniis: cymbalis, & psalterijs, & cytharis con-  
 crepabant, stantes ad orientalem plagam altaris, & cum eis can-  
 tores centum uiginti canentes tubis. Igitur cunctis pariter & tubis,  
 & uoce, & cymbalis, & organis, & diuersi generis Musicorum  
 concinentibus, & uocem in sublime tollentibus longe sonitus au-  
 diebatur, ita ut cum Dominum laudare cœpissent impleretur do-  
 mus Dei (id est templum Solomonis) nube, ne possent sacerdo-  
 tes Dei stare & ministrare propter caliginem: compleuerat enim  
 gloria Dñi domũ Dei, & exultauerunt in Musicis & lætitia diebus  
 septem. Et alibi legitur Esdræ lib. 3. cap. 5. Quod commendatio-  
 ne ueritatis Zorobabel Dario persuadet Hierosolymorum ædifi-  
 cationem: quam cum omnibus fratribus nunciasset, quod scili-  
 cet è captiuitate Babylonica, Ierusalem ascenderent ut ædifica-  
 rent, benedixerunt Deum patrum suorum, & exultauerunt cum  
 Musicis, & lætitia diebus septem. Et Darius Rex misit una cum eis  
 equites mille, donec deducerent eos in Hierusalem cum pace, &  
 cum Musicis, & cum tympanis, & tybijs, & omnes fratres erant  
 ludentes. Sacri uero cantores & cantatrices erant ducenti sexagin-

Manes.  
 Luna.  
 David.  
 2. Regum 6.  
 Leuitæ et can-  
 tores.

Multitudo  
 Musicorum.

3. Esdræ. 4.  
 Darius et Zo-  
 robabel.

Sacri cantores

H ta quinq;

*Sacerdotes.  
Leuita.  
Populus.*

*Præsidentes.  
Seniores.*

*Turba.*

*Inimici Iudæ.*

*Mensurales  
uirtutes.*

*Deus.  
Furiales ani=  
me.  
Stygia arua.*

*Organa san=  
ctorum.*

*Psal. 146.  
Psal. 149.  
Psal. 150.*

ta quinq; Et steterunt sacerdotes habentes stolas cum tubis, & Leuitę filij Asaph habentes cymbala, collaudātes dominum & cantabant canticum domino. Et omnis populus tuba cecinerunt & proclamauerunt uoce magna, collaudantes dominum in suscitatione domus Domini. Et uenerunt ex sacerdotibus & Leuitis, & præsidentibus secundum pagos senioribus qui uiderant pristinā domum, & ad huius ædificationē cum clamore & planctu magno, & multis cum tubis & gaudio magno, in tantū ut populus non audiret tubas propter planctum populi. Turba enim erat canens tubis magnificē, ita ut longē audiretur, & audiuerūt inimici tribus Iudæ & Benjamin, & uenerunt scire quæ esset uox tubarum &c. & cognouerunt quoniam qui erant ex captiuitate ædificant templum Domino Deo Israel. Quid tandem? Ego ille sum per quem non solum summus omnium ille rerum opifex Deus, uerum & stygij Iouis furiales animæ placantur, mitigantur, refocillantur & pacificantur. Ego tandem plurimum regnorum terrarumq; rex constitutus sum quā tu. Quin & stygia arua, Neptunia regna, Iouis quoq; ætherei loca, æterna luce chorusca permulcere possum, mihiq; soli relictis terris uolare ante tribunal summi Iudicis licet, ubi sonant iugiter organa sanctorum, ubi angeli & archangeli hymnum Deo infatigabiliter decantant, ubi Cherubim & Seraphim Sanctus incessabili uoce proclamant. Ego ille per quem ante tempora psalmista Deum laudari uoluit Organo, cythara, cistris, nablis, psalterio decachordo, similibusq; dicens: Præcinite Domino in confessione, psallite Deo nostro in cythara. Et alibi laudent nomen eius (scilicet mensurales Musici) in choro & tympano, & psalterio psallant ei. Rursus laudate eum in sono tubæ, laudate eum in psalterio & cythara. Laudate eum in tympano & choro, laudate eum in chordis & organo. Laudate eum in cymbalis bene sonantibus. Laudate eum in cymbalis iubilationis. Omnis spiritus laudet Dominum. An ne iam satis consideras, mensurales in Musica semper obtinuisse primatum, satis enim in propatulo est omnia supra dicta instrumenta in manu nostra esse reposita, in quibus mandamus, imperamus, ludimus, tangimus pro arbitratu nostro, quicquid etiam in mentem

# M V S I C A L E

tem uenerit. Quin etiam chorum instrumentum in choro tra-  
ctamus eo que utimur (quem falso titulo tibi ascribis, uolens  
choralis dicier) nos que constat nullo modo mensuras exce-  
dere, quibus nihil non iustum exequimur, adeo que omnia  
exactis dimetri mensuris ut nihil desit. Quis inquam nesci-  
at mensuralem priusquam planum cantum fuisse, aut quis  
non intelligat mensurali uetustiora, quam plano esse exordia?  
Sed & tu o Plane, qua adeo insolescis occasione, ut a Plano me-  
lodiam habere exordium afferas? Legistin' aliquando quod  
Deus creator omnium ante secula, atque ab initio mundi om-  
nia certo numero, pondere & mensura benefecit. Quod si men-  
sura omnia bene fecit, utique meo auxilio facta sunt omnia, & an-  
te secula creatus sum. Sexcenta sunt testimonia quæ possunt  
adferri, quibus luce clarius diffinitur, sicut dignitate sublimitate  
que, ita & authoritate cantu plano mensuralem esse præstan-  
torem. Innumerissimas que in medium proferre possem proba-  
tiones ad tuendas partes meas (si modo opus esset) que om-  
nia sponte prætereo, ne uarietate tonorum instrumen-  
torumque meorum, sonisque nimis aut figuratis co-  
loribus non causa te subtrudere  
& superare ui-  
dear.

*Chorus instru-  
mentum.*

*Sap. ii.  
Mensura &*

## DEFENSIO REGIS PLA- norum contra mensuralem pro Mu- sicæ prouincia obtinen- da.

### Caput VII.



ADMIRATIONE DVCEBAR RESPONDIT PLA-  
nus, o Mensuralis quod te summi Pontifices illi Gre-  
gorius & Ambrosius, simul & Carthusiani sanctissi-  
mi uiri, sua eiecissent republica, nunc animaduertens  
H 2 quanta

*Dij terreni.*

quanta impudentia temeritateq; diuinas authoritates, tuis ineptijs inuoluas, sapientissimos terrarum Deos rectè iudicasse satis conspicio: nam nisi te ea (quam cōstituebant) repub. exhibilassent cum alijs multis, tum falsis religionibus, portentosisq; dijs, omnium ciuium suorum mentes peruertisses. Quid enim non audeat tua arrogantia, tua mentis elatio, quando possessa à mediuturno tempore prioris loci in hac prouincia dignitate, uel cū cunctis fictis, inuersis & intortis sacrae pagine, prophaneq; testimonijs exturbare conaris, meamq; famam euaginata lingua petendo mordicus laceassis, meq; criminosisime insectaris, enim uero ne tu solus literas scire uideare, manifestissimis & planissimis eiusdem paginae dictis authoritatem meam conseruabo. Proferam autem in medium, ea quæ protulisti uerba, nullo ad ueritatem confinio pertinere profitebuntur, sicutq; ad solem noctua, ita te in ueritate caligare demonstrabunt. Si enim bene rem omnem adniteris (pro ut est) declarare facile annueres (ut refert Ecclesiastes capite septimo, melius esse ire ad domum luctus, quam ad domum conuiuij. In illa enim finis cunctorum amouetur hominum, & uiuens homo cogitat quid futurum sit, corq; sapientum ubi tristitia est, & cor stultorum ubi lætitia, facileq; confiteberis nostra ope & auxilio ipsas animas Christianorum, nostrisq; Missis pro earum requie (quas uulgo de Requiem uocamus) & Vigiliis mortuorum, quas canimus remissionem cōsequi peccatorum, exq; purgatorio recta uia ad gloriã cum lætitia sempiternam ab angelis deduci, deduci ubi æterna pace & gaudio perfruuntur sempiterno, perq; precarias, quas unisonas effundimus Missas, Lætánias, & Procelsiones, tonitrua cessare & sedari tempestates, longe amoueri pluuías, siccitatis tempore excitari, è cœloq; dimitti ad irrigandas terras nimia siccitate compressas: belli tumultus ad concordiam & pacem reuocari, longo tēpore detētos carcerib. liberari, in mari nauigantes sine periculo ad saluū portū applicare, eosq; qui longinque profecti erant incolumes & saluos pericula euadere, & tandē ad optatam redire patriam. Postremo (si non grauaberis, dicenti aures præbere) connubia & coniugia foeliciter succedere, ubi perierint suffragia &

*Domus luctus.*

*Animæ in purgatorio.*

*Missarum & uigiliarū pro mortuis. efficacia.*

*Precationum & processionum uirtutes.*

*Nauigantes.*

*Connubia. Suffragia.*

*Missæ*

# M V S I C A L E.

Missæ precarię, Finaliter quantis abundant diuitijs & bonis præ-  
 didtorum sacri ministri mei (tuos interim summa penuria affici  
 permittentes) quam deniq; parum fulmina, niues, grandines no-  
 cere possint (si ut dixi à plaris nostris Musicis decanetur) quamq;  
 à morbis etiam desperatissimis male habentes perfectæ sanen-  
 tur, pestes abigantur, animaliaq; à cõtagnijs liberentur, dicere nõ  
 opus est, quum omnibus satis notum sit et pateat. Faxint dij ut ex  
 periaris aliquando quid nostræ Missæ cantatæ prodesse possunt,  
 dum eo te peruenire contigerit, unde nulla anima nisi per illas  
 redimitur, mea sane sententia nunquam inde cum tota tibi ad-  
 hærente secta redimeris, donec conuitia in nos prolata reuoca-  
 res, palinodiamq; cecinisses. Nonne quæso dum maris periculis,  
 fluminum uel procellis sese nauæ committere conantur, ante  
 omnia preces cantando fundunt, quo tutius atq; foelicius iter  
 succedat: Studiosi, pauperes, cæteri q; mendici (sicubi peregrina-  
 tio fit) quam non propinquam germanos qui Compostellam  
 adeunt, subire compertum est, hostiatim elemosynam petentes,  
 quo facilius ad contribuendum ditiores prouocent, nonne can-  
 tant: Quid quæso cantando non extorquent ecclesiastici mini-  
 stri: Quod si funera sepulturæ committenda conducantur, non-  
 ne cantatur etiam cum lachrymis: Sed quid ex te habent adoles-  
 centiores, unde ad uirtutem incitentur, quos stulte satis parentes  
 eorum tibi erudiendos tradidere, nisi quod adulterum Iouem,  
 Zelotypam, Iunonem, meretricem Venerem, moechum Mar-  
 tem, reliquos q; id genus (quorum nomina referre pudet) hystrio-  
 nes suis præconijs (relicto Deo) commendent alioquin alienissi-  
 mi, uel rari à rebus sacris tractandis, qui cum plus æquo iustoq;  
 aliquantulum biberis, tanquam Deo non mero plenus ad instar  
 lauati, ceritiq; cœlum terræ, terram cœlo audeas permiscere. Quin  
 & tuos qui etsi (ut uoluptates uitarent, qui relaxationem laborum  
 sequuntur) laborare magis eligerent, inuitos tamen sæpe cogis  
 tuarum pausarum festis à cantus labore desistere, donec tempus  
 quod quæq; pausarum exigit elapsum sit, quo fit ut desidiam, lu-  
 xumq; sequantur inertem.

*Imprecatio.*

*Studentes.*

*Mendici &*

*Peregrini.*

*Ecclesiastici*

*ministri.*

*Sepultura.*

*Adolescentes.*

*Dij uitupera-*

*ti.*

*Voluptates.*

*Desidia & lu-*

*xus.*

# B E L L V M

- Dum fugiunt positos in cantamēte labores .  
Turpis & obscœnus miserabile transiget æuum .*
- Hesiodus .** *Quos (ut Hesiodus) minatur .*
- Segnitia .** *Segnes crudelis ægestas opprimet,  
Hos homines odio superiq; sequentur ,  
Torpenti similes fūco, cui spicula surgunt .  
Horrida distentosq; fauos consumet edendo . Semen apum .*
- Indulgentia .** *Indulgentia quippe corporis omnes partes ac nervos frangit .  
Sic sæpius contingere , ut latè florentes quondam luxus subuer-  
terit urbes , qua de re dolere tuos facile credam , uiso quod dum  
illos pausare oportet, suspirent cum respiratione, contra uerò eos  
optimos esse censeo , qui minimis urgentur uitijs, dignosq; ciues  
& populos nostros qui nobiscum imperent & prælint, quando  
quidem mandatis nostris parere nouerunt, quos M. Curius maxi-  
me ad rempub. gubernandam esse idoneos attestatur: nonne pa-  
terfamilias, quos iugo aptos dispositosq; boues habet, in tribus,  
pluuię ac uentis exponit, ac pascuo ualde macilento & raro eos nu-  
trit: quos autē ad occisionē præparat (ut tu facis) domi delicijs fo-  
uet: Nunq̃ inquam ( uelim scias ) Ita Deum tantum nec tela nec hostes,  
Quantum sola nocet animis illapsa uoluptas . Quare, Frena uoluptatum curę  
sunt, ocia flammę , Virtutumq; pater, ingenijq; labor .*
- M. Curius .**
- Paterfamilias .**
- Focus .** *Et quemadmodum focus super terram positus ipsas  
herbarum radices , ut amplius in illo loco non nascantur com-  
burit , ita pœnalitatis ignis , & tribulationis positus super car-  
nem nostram, uitiorum radices exurit, faciliter que caro non con-  
cupiscit: & sic bene meis consulo subditis . Tu uero tuos & perdis,  
& uoluptati deditos ad perpetuam gehennam perducis . Quod  
autem de cōcordia & pace profers, si rem ipsam ulterius introspi-  
cias: in choro plenam & planam comperies pacem & concordia-  
am non esse non posse, à quo mihi cognomē choralis cantus in-  
ditum est . Cum chorus, cōgregatio, conuentus, et multitudo sit si-  
bi in anū consentientiū, multorum . n. & uocibus & cōcentu con-  
sto, sic etiam per singulis hominib. plenus gaudio et lætitiā, coro-  
nam mecum referens choraulium & chorearum incedere solitus  
sum . Vnde uidere est ab omnipotenti Deo tam parū abesse nos,  
sicuti*
- Chorus .**

# M V S I C A L E

sicuti te cum tuis. Referam autem ipsum ueteris scripturæ caput, ubi dicitur, omnis spiritus laudet Dñm, laudent et nomen eius in choro (audi) an tympano et psalterio psallant ei, quæ omnia simplicia sunt instrumenta et plana. Arrige aures cur caperas? Psalmista inquit in choro. Nullis ergo iã modis secludi intelligo, quinimo magis de me prophetã regium dixisse arbitror. Nõne mihi nomẽ à choro puenit? Nonne meas in choro tẽpli partes obtineo, ubi laudes Deo decantare cõsueui. Nonne mihi maiorẽ autoritatem ascripsit Psalmista, dum me tibi præposuit. Dicit. n. laudent nomen eius in choro. Atquisi profundius introspectiatur, nõne precipit omnibus nomen Dei laudare in choro (hoc est) per chorũ aut chorales, aut mandante choro? Quinimo dixit in choro, non in aulis principum solummodo, aut in plateis, ubi potius nefanda profertis, quam Dei laudes debitas. Nonne nouem chori angelorum Sanctus incessabili uoce proclamãt, nouem ijdẽ gloriam in excelsis Deo, & in terra pacẽ hominibus bonę uoluntatis annunciauerunt in mundo. Sed & sanctus Gregorius instituit cantica in re diuina, fieri ad excitandas fidelium mentes. Diuus item Ambrosius hymnos primus cantare cœpit, & dulcis Bernardus ait, dum canticis spiritualibus sacra tecta resultant, nihil supernis ciuibus, nihil summo regi iucundius exhibetur. Tu autem è contra (ut piger es) in canendo fatigaris, ita ut sæpius (cum tamen noctu diuq; laudes Deo decantari debeant) pausare & respirare desideras, deliberasq;. Quantum autem ad hoc, quod me planum et simplicẽ nominas, nec id pro indecoro mihi imputabitur. Ait enim Euangelista, Beati mites & simplices, quoniam ipsi possidebunt terram. Beatiq; qui lugent, quoniã ipsi cõsolabuntur. Et beati pacifici, quoniã filij Dei uocabuntur. Vbi quæso pacem & concordiam quã prædicas potius inueniri posse existimas, an in simplicitate et planitie, an in diuersitate personarũ diuerse inter se canentiũ? Tu inq; cum diuersos cãtores, diuersaq; instrumentorũ genera possideas, uix pacẽ habere poteris et concordia. Alius. n. discantum, id est diuersum cantum habere uult, alius tenorem, qui sibi medium tonum tenet, alius bassum canit & ab alijs deprimitur, quare sepe baritonizat in alios indignabundus. Ego uero cõtra in simplicitate

*Psalm. 250.*

*Nouem chori angelorum.*

*Gregorius.*

*Ambrosius.*

*Bernhardus.*

*Matth 5.*

# B E L L V M

*2. Tessal. 5.*  
*Actor. 12.* simplicitate mea plana, & uniformibus notis cantum promens non possum non esse pacificus, pacisq; titulo dignior, quam tu reputari. Sed nullibi scriptum inuenio cum mensura Deo decantate laudes admonitum quenq; , imò potius sine mensura & intermissione, ex totoq; corde & anima. Deus item non est mensuraliter creatus nec genitus, quoniam tantus est quem coeli capere non poterunt. Quod si mensuraliter uel figuratiue canere, aut instrumentis agere te contingat, non posse intelligi quid uelis, uehementer indubitatum est: ita diuersitate tua confundis omnia contra præceptum Apostolicum, quo admonemur nihil præterquam quod ab omnibus intelligi potest nos docere non debere. Ex quo te potius nebulonum, histrionum, tyrannorumq; regum, & his similium laudes cantare quam Dei iudico, minime igitur mensurali tibi dedit imperium Deus, sed plano mihi chori Domino. Cui in subsidium choros omnes angelorum dabit idem summus opifex rerum, si res exoptulet. audi ergo quid Psalmista tam sæpe iterando præceperit dicens. Psalm. 29. Psallite Domino sancti eius. Psal. 46. Psallite Deo nostro, psallite, psallite regi nostro psallite. Quoniam rex omnis terræ Deus, psallite sapienter. Denuo psalmum dicite nomini eius, Psalm. 56. Omnis terra adoret te & psallat tibi, psalmum dicat nomini tuo. Postremo psalmo 104. Cantate & psallite ei. Rursus psalm. 134. Psallite nomini eius, quoniam suaue est. Item alibi, Cantate Domino canticum nouum. Laus eius in ecclesia sanctorum (non in conuiuijs uoluit) Et finaliter, Hymnus omnibus sanctis eius. Paulus quoq; Apostolus dum ad tertium usq; coelum raperetur, Ephesijs scribens, sibi ipsis (cap. 5.) loqui per psalmos, & hymnos, & cantiones spirituales canentes & psallentes in corde suo, id est, ex corde iussit, quod his uerbis ad Collos. cap. 3, reperit dicens. Docete & comouete uos inuicé cantionibus, & laudibus, & cantilenis spiritualib. cū gratia canentes in corde uestro Dño: quæ omnia in choro fieri solent. Ex quo rursum liquet non omnia instrumentis tuis compositis attributa esse: uerum etiam cantui choralis & instrumentis nostris simplicibus, cuiusmodi sunt infra scripta. Tuba, psalmus, chorus, & cætera, fermè præterieram quod psal.



# M V S I C A L E.

95. & Psal. 67. dicitur cantate domino canticum nouum, cantate Domino omnis terra. Cantate Deo, psalmū dicite nomini eius. Regna terræ cātate Deo, psallite Domino: psallite Deo qui ascendit super cœlum cœli ad Orientem: ecce dabit uoci suæ uocem uirtutis. Quid tandem? Psalm. 103. Psalmum dicam nomini suo in sæculum seculi. Et cantabo domino in uita mea, psallam Deo meo quandiu fuero. At quibus testimonijs amplius egemus? ex his facile credere possunt omnes (taceo reliqua) quòd omnia quæ angelos coram Deo instrumentorum genera tractare ubiq; à pictoribus depingi dixisti (si quæ ad eorum similitudinem possides elaborata) ea sustuleris, aut astutè affecutus sis. Tam parum legitur ullibi tuorum aliquem cœlum unquam conscendisse, ibiq; perstitisse (quemadmodum proposuisti) ut pene dixerim tuos neq; apud inferos, neq; apud superos locum habere posse mereri, ita omnibus modis ab omnibus dissident, & sicuti figurus figulo inuidet, ita ad inuicem præ inuidia alter alterum ferre non potest: de quo Prouerbiū iactatur. Musæ eiusdem æmulus. Quare iusto iudicio hic purgatorij pœnas luere passim cognoscimus. Alteri enim crumena purgata est, alteri cerebrum, ita ut nihil uel parum supersit, uel bonorum temporalium, uel spiritualium, aut prudentiæ: quare fantastici merito cognominari merentur. Quid igitur dices: non est quod te diuinis tueare testimonijs, quæ pro me stare, tibiq; aduersari intellexisti. Verum ad ea quæ ad nostram uerè attinent causam, reuertamur.

*Mensurales fures.*

*Nullibi accepti.*

*Inuidi.*

*Miseri.*

*Pauperes.*

*Fantastici.*

## PROSEQVITVR REX PLANVS

suas rationes, quibus Musicae regimen sibi pertinere prætendit.

### Caput VIII.



VAENAM PER IMMORTALEM DEVM HAEC tua est infania: Vnde hos tibi tam repente sumpsisti spiritus: ut audeas in Musica digniorem tibi locum usurpare: ante præterit omnem decorem pulchritudinem

# B E L L V M

*Diminutiones  
notarum.*

*Proverb. 19.*

*Nota figura=  
te.*

*Tenor.*


*Figuratiua  
musica.*

*Notarij.*

dinem ac suauitatem ex me uno procedere, à Planoq; Mensurali, nō à Mensurali Planum cantum regi cōsueuisse. Terrarum, linearum, uiarumq; nostrarum uarietas tonorum elegantia, Musica exornāt & illustrant. Sed et nisi te regam ac dirigam in Musica, tu ipse mancus ac debilis (ita diminuunt te tui Musici instrumentales suis coloribus ac diminutionibus) reperiare: neq; quo proficiscaris scias, & tandem tuos fines prorsus ignores, sicq; contingere sæpius, te ultra disdiapason (metam paternam) procedere: ut ex more communis prouerbij dicere de te pene liceat: qui præcipitanter incedit in uia, & rectum desinit ordinem, lætos nō habere exitus. Quod prouerbiorum Salomonis auctoritate confirmabo dicentis. Qui festiuus est pedibus offendit, & stultitia hominis super gressus eius, & contra Deum feruet animo suo. Quid autem aliud exerces, quàm præcipitatis undique & concurrentibus notis figuratis atque coloribus, statim festinus, statim demum lentus incedas? Poterisne compositionem unam connectere, in qua non continuo mihi principales in tenore partes tribuantur? Sed & me solum, qui inter compositionem cantuum principatum teneo, sine adminiculo alterius, Musica perfectam, uniformem & simplicem, quæ nec augeri nec minui potest, cum uoluerō facere posse nemo dubitare permittitur. Quid ergo blattis (& quod ille ait) tuas ampullas proijcis & sesquipedalia uerba? Quis uerò es tu? qualis uē aut quantus qui hæc iactas, qui tam altè reboas, qui eousq; inflatus incedis, ut periculum sit ne medius disrumpare: figuratiuorum inquires Rex sum Mensuralis. Sed unde tibi cognomē inditū? A figuratiua Musica respondes. Quid autem figuratiua Musica aliud est quàm diminutium à figura & figuratione, in tuoq; regno nihil sit nisi figurarum & colorum inæqualitas, fortunæq; ita subiectus sis, ut tuos interdum minui, interdumq; augeri iuxta modi, temporis & prolationis exigentiam necessum sit, adeoq; inconstans cum tuis existas, ut nihil agere ualeas quàm per notarios figuratarum diuersè inter se uiuentes: quales sunt:

Maximi

# M V S I C A L E.



Maximi caudati, sic creati.  
 Et longi minores, ut hic,  
 Item breues rustici quadrati,  
 Semibreues monoculi rotundi uel monophthalmi,  
 Minimi monoscoeli singulis cruribus uno pede procedentes sic,  
 Semiminimi ethiopiae sciopodes,  
 Fusi & semifusi utroq; oculo orbat, adunco dupliciq; naso ornati.

Notarum figuræ.

Fusum muliebrem.

Cuiusmodi de alijs notarum fusellis tridentibus iudicium superest,  
 qui fuso celerius (quo mulierculæ nendi gratia utuntur) hinc inde uoluuntur.

Ego uerò è diuerso uniformiter inter simplices notas, iuxta uerā naturam ac formam cātuum regularium uersari determinor, ita constans & planus, ut neque minui patiar, meisq; adeo contentus partibus atque rebus, ut neque etiam augeri magis desiderem. Cuius rei exemplum si desideras conspice tuos Organistas, Testudinarios & similes, qui dum catilenam, carmen siue motetum à Musico compositam in instrumentis referre & tangere uoluerint, semper aut diminuunt, aut pluribus coloribus & diminutionibus decorare & augere præsumunt, nunquam ea syncepta & perfecta melodia contenti, quàm alioquin Musicus componista melius coloratā, auctam uel diminutam (si necesse esse existimauisset) reddidisset. Hi inquam si à Musicæ scientiæ intellectu seiuncti sunt, famulantur solum nihil rationis adferentes: & si etiam speculationis sunt expertes sensum nihilominus sequuntur. Quod si multa peritè ac doctè facere uideantur, constat tamē omnes nō habere scientiam, quando rem quam profitentur intellectus puritate non tenent, & ob hoc Musicæ scientiam eis denegamus. Est namq; scientia eorum usus, & maior pars eorum plerumque in nulla alia re quàm in ea præcellit. Celeriolem profectò digitorum mobilitatem non scientiæ (quæ soli animo insistit) attribuimus, sed usui. Quoniam si aliter esset: unusquisq; quo digitis esset celerior eo artis peritior existimandus esset. Quod si Organocædus, Testudinarius, Cytharocædus, aliusue sit qui quouis

Musici instrumentales.

Digitorū mobilitas.

Veri musici.

I z instru.

*Disruptio pro  
cōpositione.*

*Musici fanta-  
stici.*

*Diuersa musi-  
corum exerci-  
tia.*

*Mensuralium  
libertas.*

*Hispani.*

*Cantorum &  
poetarum ui-  
tia.*

*Illusio.*

*Iniurie & cō-  
nitia.*

instrumento cōcinat, illeq; Musices scientiam tenere discernatur, (quem credo rarum cōperies) eum optimū talem artificem etiā inuēti dicere cōpellimur. Verum cum his & prædictos tuos professores, & subditos tuos componistas Musicos, cum tota adhærente eis secta omnes fantasticos inuicem esse, siue iniuria nominabimus, nam quicquid agunt aut cōponunt (si compositio est, mihi magis disruptio esse uidetur ac ruina) fantasiā esse dicūt. Itaque fantasticos semet per sese fatētur esse: Quod & si illi de se eiusmodi non prædicarent, tamen eorum opera iudicant illos plusquam deliramentis inter sese & discordijs agere, ut non facile inuenias inter centena millia (si tot possideres) duos inter se solummodo cantionem, cantilenam, carmē, motetum siue fantasiā, una in instrumentis ut dicunt lufuros, qui conueniant in diminutione, coloratione uel mensura. Ita omnes sui capitis existere, uel ob oculos constat, ut pene eos (quemadmodum Hispani uocāt) fantasticos, stultos, inflatosq; superbos te enutrire pleno ore proferam, ob eam præcipue causam, quia suis non conueniant coloribus, ex quo tuam inconstantiam denuo & discoloratam stultitiam facile uidere est. Quo ergo titulo, concordias sub te militantium in lucē proferte ausus es? Quin & hoc omnibus uitium est tuis cantoribus atq; poētis, quòd nunquam ad cantandum inducunt animum cantare rogati, sed iniussi ultro sese offerunt (dum hæc furibundus, in Organistas, Testudinarios, Cytharædosq; cōuiciaretur maximè Rex Planus timebat nihilominus, ne si illos tanta uelocitate in bello uti contra planos Musicos contingeret percutiendo, ludendo, tangendo, currendo, circumcurrendo, quanta in reddēdo sonos, digitorum articulatione atque discapedinatione, eorumq; capitum ac pedum, totiusq; corporis motione uti solent, tota sua prouincia aduersus huiusmodi uiros resistere, non sufficeret) quam ergo nugigerulus, nugiuendus, fabularum, colorum, fantasiarum, diminutionum, figurarum, uarietatumq; inuentor sis, quibus ineptias tuas contingeres. scelerū magister (sicuti uernaculæ cantilenæ & cantiones indicant) quam inquam loquax, nugax, mēdax, & fatuus sis, qui uera inuertas, falsa ingeras, totumq; orbem garrulitate inficias & perturbes, qui

# M V S I C A E.

qui loquacitate tua tantam tibi apud imperitum vulgus auctoritatem usurparis, satis omnibus ob oculos est, ut cum clarissima planæ Musicæ progenie de dignitate & imperio obtinendo quã iniuste audeas disceptare.

## DE CONCILIO INTER RE- ges ad bellum ineundum, & inducen- dum habito, deq; belli in Musicæ prouincia exordio.

### Caput IX.



**A**D HAEC IRA VEHEMENTIORE EXCANDESCENS Rex Mensuralis ignominiaq; ac iactata de se probra ferre amplius non ualens. O improbum, inquit, caput, talia de nobis temerario ore dicere præsumpsisti: simulq; arreptum poculum in illum furibundus immisisset, nisi ex circumstantibus quidam apprehensam eius dextram ab ictu diuertisset, minime dubiũ est quin irritatis utrinq; animis ex uerbis ad uerba uulneraq; deueniendũ fuerit, nisi interuenientes seniores & saniores populi cum uiris utrunq; Regem furore ebrium in suas ædes reduxissent. Cum igitur postridie ambarum partium studiosi conuenissent, maxima de pridiana apud omnes contentione disputatio habebatur. Lacerabatur præcipue inter mensurales regis Plani maledicentia maior eorum pars, & iuniores præcipue mirum in modum fremere, malo domandam Regis Plani loquacitatem dicere, docendum que illum amplissimam mensuralis figuratiui maiestatem nunquam contumeliæ fuisse oportunam. Et licet ætate prouectiores (inter quos Tubal, Orpheus, Amphion, & Archteus) cæteri q; potentes præcipue ibi tunc adessent, suaderentq; nihil præcipitata sententia fieri debere, sed omnia consilio priusquam armis sapientem experiri oportere, tantus nihilominus fuit omnium mensuralium cum suo rege ad arma consensus, ut in eam frequenter sit itum sententiam

*Ex uerbis ad uerba.*

*Studiosi.*

*Seniores populi.*

I 3 omnibus.

Honor.  
Fama.  
Tubicen men-  
surarium.

Nuncius.

Tubicen pla-  
norum.  
Elatio.

omnibus planis Musicis continuo bellum indici debeſſe. Potior  
namq; uidebatur honor eſſe cum dignitate ſine uita, quam uita  
ſine dignitate, reuoluebant enim diligenter animo, ſamam fer-  
uare, neceſſitatem poſtulare, qua ſemel amiſſa poſtea nulli fuiſ-  
ſent, miſſo igitur tubicine melode ad Planum Regē inimicitias,  
bellumq; maniſteſſimum confidentiſſimis animis denuncia-  
runt. Nec ſaniora quidem apud Planorum Regem agitabantur  
conſilia, ad quem cōuenientes ſuæ regionis ordines, omnes longa  
diſceptatione agebant de retinenda in Muſicę regno Planorū di-  
gnitate, deq; deprimenda Menſuraliū arrogantia, cum interim ſu-  
perueniens figuratiui Regis nuncius de bello, quæ ſibi mandata  
fuerant diligenter expoſuit. Enimuero lato ſe animo accipere il-  
lis reſpondentib. ad belli cogitationes uerſi ſunt omnium animi,  
renunciaueruntq; Regi Menſurali per Nemiam tubicinem Plano-  
rum, ne in tantum intumeſceret. Sæpius enim uentis agitari in-  
gentem pinum, & celfas grauiori caſu decidere turres, ferire ſum-  
mos fulgura montes. Itaq; nihil eſſe tam firmum, cui non ſit peri-  
clum ab inualido.

DE APPARATV REGIS PLA-  
norum, ad arma capeſſenda.

Caput X.



Dux can-  
tus choralis.  
Centurio Vox  
uel Primipi-  
lus.  
Soni, Modi, et  
toni.

ISIT ITAQUE PLANORVM REX TVBI-  
cines & nuncios ſuos ad omnes nationes & gentes,  
quæ ſuo parebant imperio, iuſſit que ut cuncti armis  
idonei ad conſtitutam diem aſſent, uidiſſes ad ædi-  
ficium aduolare omnes, ita parati erant ſuo obtēperare Regi, inter  
quos omnium adfuit primus dux Cantus choralis, qui ob inſignē  
fortitudinem Achylles Gallicus dici merebatur: uno comitatus  
centurione, qui Vox nominabaſſet, quæ ſequebantur centū milites  
pedites ad belligerādū paratiſſimi. Inter quos uidere erat, Sonos,  
Modos, et Tonos ab ipſa unica uoce formatos et inſtructos ſtrenu-  
iſſimos polliceri uiros. Quos non aſpernandę legiones militū ſe-  
cutæ

# M V S I C A L E.

curæ sunt, ut ergo intelligas, scias quod legio decem cohortibus  
 firmabatur, habebatq; peditum sex millia centū, equites septin-  
 gētos triginta. Tribunus robore, morib. genere, literis, animi ma-  
 gnitudine præstans, et rei militaris scientia præditus præerat primæ  
 cohorti. Prima cohors reliquas & numero militū & dignitate an-  
 tecedebat. Reliquæ pro ut Regi placebat à Tribunis siue præfectis  
 gubernabantur. Prima cohors præcipuū signum in Plano exer-  
 citu tenebat, habebat præterea Ducum imagines et mille cētum  
 quinq; peditibus cōstabat, equitibus loricatoris centum quadragin-  
 ta duobus, quæ cohors milliaria appellabatur, à qua auspiciari aci-  
 em constituerant. Secunda. 3. 4. 5. 6. 7. 8. nona, & decima, co-  
 hortēs quingentanæ nominabantur, quod quingētos quinquā-  
 ginta quinq; pedites haberet, equites sexaginta sex. Quia autem  
 sciebat Rex cōmissio prælio acies facile turbari, ut hoc incommo-  
 dum euitaret, cohortes in centurias diuisit, & in singulis centurijs  
 singulos Centuriones præfecit, qui primo Cēturioni uocabantur,  
 quemadmodū Decuriones Decurioni, Centurio præerat centum  
 militibus, quem nunc Primipilum appellamus, quia singulæ curiæ  
 centum militib. cōstabant, Decurio 10. milites habebat. Postea ad-  
 uenit Assa Capitanæus ex pgenie Vocis, cum centurionib. triplici-  
 bus, duris, mollibusq; ac naturaliter suauibus, cumq; sex Vocis ma-  
 nipularib. atq; rythmorū syllabis capitalib. uidelicet, ut, re, mi, fa,  
 sol, la. (ueniētes autē ueniebant cū exultatione, portantes manipu-  
 los suos) cū quib. erant cantus b mollaris, cantus H duralis et can-  
 tus naturalis militaris disciplinæ obseruātissimi. Primus itaq; can-  
 tus b mollaris uenit per cāpos blandę modulationis, sub quo erāt  
 syllabę capitales, fa & ut. Cātus autē H duralis ex cāpis dure canēti-  
 um, sub quo erāt la et mi uoces rythmorū. Cantus uero naturalis  
 (cum neutralis esse obtinisset) suis se cōtinens terminis, cū sol &  
 re, qui pro comitatu adq; uictus necessitatē opus esse cōspiciebat,  
 utriq; mittebat uexillū b mollariū, taliter depictū erat (b) in me-  
 dio H duralium uero (H) eiusmodi circumferebatur. Nationum  
 autem uel H duri uel aspirationis (X) tale signum erat. Vexillum  
 autē primæ cohortis aliquanto maius erat propter imagines Du-  
 cum & insignia Principū, sicuti ex sequenti signo uidere poteris.

Legio.

Tribunus.

Prima cohors.

Tribuni &  
præfecti.

Ceteræ cohortes.

Centurie.

Decuriones.

Assa capitaneus.

Manipulares  
Psalm. 125.


Cantus b mol.

H duralis.  
Naturalis.

Vexilla can-  
tuum & aspi-  
rationis.

Quos se.

# BELVUM



Quos



# M V S I C A L E .

Quos sequentibus modulatio, accentus, uocumq; deductiones septem, de quibus omnibus prædicatur in prælijs strenuissimum omnium: quæ pugna exigit polliceri artificium, quatum prima deductio auspiciam facit in r ut, secunda in C faut, tertia in F faut, quarta in G solreut, quinta in C sol faut, sexta in F faut, septima in G solreut. Deinde conuenerunt syllabæ, literæ, notæ, & figuræ rerum gestarum magnitudine & honorum atque uitæ dignitate non minus illustres. Tertio solmizatio cum diuisis uocibus, quarum aliæ unisonæ, æquisonæ, emeles erant, &c. Quarto rythmus qui & centurio erat, secum produxit numeros & harmonias. Venete posthæc ex ciuitatibus, quas uiginti duas rex Planus possidebat in eodem regno constructas, alij manipulares tres. Capitalis minutus & geminatus manu strenui, & bellatores illustres, sub capitali militabant in infima parte prouinciæ uiri graues, sub minuto in media regione acuti populi, Sub geminato uero in suprema regionis parte uiri militabant, excellentes ciuitatum nomina hæc erant r ut. A re. ꝥ mi. C faut. D sol re. E la mi. F faut. g sol reut. a la mire. b fa ꝥ mi, c sol faut, d la sol re, e la mi, f faut, G sol reut, aa la mire, bb fa ꝥ mi, cc sol fa, dd la sol, ee la. Ad quarum custodiam septem clauibus ueteres contentos fuisse constat, utpote A. B. C. D. E. F. G. teste Vergilio, qui neq; Musicæ ignarus fuit, qui de Orpheo modulante, sic scribit 6. Aeneid.

*Nec non Treijcius longa cum ueste sacerdos*

*Obloquitur numeris septem discrimina uocum.*

Sed Boetius imminens periculum dum cernit, alias septem addidit claues, scilicet, a. b. c. d. e. f. g. Itaq; pro maiori securitate Guido Aretinus reliquas super addidit geminatas uidelicet. aa. bb. ꝥ ꝥ. cc. dd. ee. Sub primi itaq; manipularis centurionibus militabant ex octo ciuitatibus capitalibus. Aretinenses ꝥ mienses, C fautenses. D la sol recenses. Elamienses, & qui erant ex ciuitate F faut. Reliqui ex ciuitatibus r ut & g solreut, occludebant latera. Sub secundi autem manipularis centurionibus inscripti erant Alamitenses bfa ꝥ mienses. c sol fautenses. d la sol retinenses. elamitenses, & qui ex ciuitatibus ffaut & g solreut erant, qui omnes quia minuti populi, sed interim ualde acuti erant, medios se inter ali-

**K** os gere-

Modulatio.

Accentus.

Vocum deduc-  
tiones.

Syllabæ.

Literæ.

Notæ.

Figuræ.

Solmizatio.

Rythmus.

Centurio nu-  
meri & har-  
monia.

Manipulares  
tres.

Capitalis  
minutus.

Geminatus.

Ciuitatum no-  
mina.

Claues 7.

Vergilius

Aeneid. 6.



Boetius.

Guido.

Primi manipu-  
laris Centu-  
riones.

Secundi mani-  
pularis centu-  
riones.

## B E L L V M

**Tertij manipularis.** os gerebant, ibiq; continebantur. Sub tertij uero manipularis centurionibus, erant omnes tam uiri quam mulieres, ita ut nec pueros & infantes domi reliquerint, erant enim animosiores, horridiores aspectu, atroces multum monstro non dissimiles, bina habebant capita, ueniebant quod & descendebant ex supremis ciuitatibus, geminati uidelicet. Aa lamite, bb fa ꝥꝥ mi. cc sol fa. dd la sol. eela. Qui omnes gemini excellenter incedebant. Quos quia altiori quam ceteri loco constituti erant, a longe q; melius ab inimicis uideri poterant, timentes ne priores inuaderentur duplici supremorum custodia binomia Principes munierunt, quibus bus hostes deterrent facilius, uocabanturq; praedicti custodes aa.bb. ꝥꝥ .cc.dd.ee. Sub quorum omnium populorum fide claues omnium ciuitatum suarum principales repositae erant, quarum nomina subsequuntur. Paraneson, Tritesynemmenon, Parhypathemeson, Tritediezeugmenon, Paranethe, Hyperboleon, &c. Erant autem haec claues characteristicae sic signatae & formatae, ut in sequentibus tabulis uidere licebit, quarum aliae tres magis & minus principales sunt, ut . Alij uero minus sunt principales, ut .

**Custodia binomia.**

**Claues characteristicae.**

**Magis & minus principales.**

### Scala Musicalis.


**Manus Musicae.** Sicq; omnes ciuitates strenuissimis militibus munitae erant. Inq; uexillis suis manus depictae erant extensae & apertae uocis, in quibus erant inscripti nomina Principum cuiusq; ciuitatis tanto artificio, ut quisq; uiso uexillo sub quo militabat facile Principum, Custodum, Legatorum, Ciuitatum, Centurionum, manipularumq; ordinem inuenire & dignoscere potuerit. Ex manipularum uocis familia legati & nuncij creati, ut, re, mi, ad inferiores populos & regiones relegabantur, iuxta progressionem thesis, id est, uocis positionem. Ceteri uero fa, sol, la, illius terrae loca petebant superiora per montes Arsis, id est, eleuationis uocis, erant enim uelociores praedictis & animosiores, inter quos la & re, inconstantes parasiti erant, omnibus ascentiri, scientes quod

**Legati uocis.**

**Thesis nuncij Arsis.**

**Parasiti.**

CLAVES MUSICALES TRIPLICES.



CLAVES MINYS PRINCIPALES.

# B E L L V M

*Mutationes  
per re & la  
in ascensu &  
descensu.*

*Via decem  
seu lineæ.*

*Colores linea-  
rum.*

*Ductores via-  
rum.*

*Contrapun-  
ctus simplex.*

quod quotiescunq; desiderabantur in ascensu uel descensu dire-  
cto aut indirecto uestes mutabant, nominaq; (mendacio pleni) in  
inferioribus partibus regionis alia sumebant quam in superiori-  
bus. Re enim pro la, uel sol in mutationibus ascendendo, & uice-  
uersa la pro re, uel mi descendendo uocitari gaudentes. In quo-  
rum gratiã decẽ uias (per quas recta linea interdum et spacio lega-  
ti, nunciij & tubicines sui, ad quamcumq; ciuitatum mitterentur)  
Guido comperit, quas iussu Regis Planii ex industria Ambrosia-  
norum coloribus signatas fuisse constat, Rubro, scilicet, nigro,  
glauco & cœlesti, per quas ascendere & descendere directe & in-  
directe pedetentim, aut si maluissent saltando poterant, sicq; diffe-  
rentes erant ab itineribus, uijs & lineis Mensuralium, ne quis casu  
in manus inimicorum uiarum nescius ignarusq; incideret. Ha-  
rum itaq; uiarum ductores præfecerunt Guidonem, Ambrosium  
& Gregorium uiros reibellicæ gloria maxime strenuos. Prior fuit  
monachus Aretinus, Posteriores illi summi Põtifices qui late do-  
minabantur in confinijis Musicae Planæ. Ad quos superuenit con-  
trapunctus, quidam qui simpliciter planum cantum subita ac im-  
prouisa ex sorte ordinabat, pluresq; cantilenæ partes per notas  
speciei sibi similes concorditer disponebat, quando choralis con-  
tra choralem, uel nota contra notam, simpliciter planum can-  
tum certis cõsonantijs fortizando ordinabatur, sicuti subsequens  
exemplum patefacit.



Discantus. Tenor. Altus. Bassus.

*Accentus Ec-  
clesiasticus tri-  
partitus.  
Gravis.*

Et tandẽ accentus Ecclesiasticus adfuit tripartitus. Gravis, Acu-  
tus, & Circumflexus. Dictus ab ad, id est, iuxta cantum qui accen-  
tus concentum determinabat. Gravis syllabam deprimebat, fina-  
liumq; dictionum secundum Ecclesiæ ritum, regulata depressio-  
ne consistebat, sub se duas species continens, alteram quæ dictio-  
nem finalem, uel quamlibet eius syllabam per quintam depri-  
mere

# MUSICALE.

mēre poterat quæ graui proximior erat.

*Exemplum accentus medij.*

*Exemplum accentus grauis.*

*Exempla.*



Parce mihi Domine nihil enim sunt dies me i.

Alteram quæ dictionem finalem uel syllabam eius, non per quin-  
tam scilicet: tertiam tantum grauare consueuerat, quæ accentus  
medius nuncupabatur, sicuti ex præmissis exemplis satis patuit.  
Denuo acutus finalium dictionum syllabas, secundum Ecclesiæ  
ritum regulate eleuabat pariter duas sub se species cōtinens, unam  
quæ syllabam uel dictionem finalem ad locum sui descensus re-  
ducebat, retinens acuti rationem. Aliam quæ non ad priorem sui  
descensus locum, sed in proximum infra secundam syllabam le-  
uabat, qui moderatus appellabatur, eo quod moderate syllabam  
ducebat in altum, ut sequentia demonstrabunt exempla.


*Medius.*

*Acutus.*

*Moderatus.*

*Exemplum accentus moderati.*

*Exemplum accentus acuti.*



Illuminare Ierusalem. Quia gloria Domini super te orta est.

Circumflexus autem, quia syllabas eleuatas deprimebat, sem-  
per contrarius existens acuto (ab acuto namq; incipiebat, & in  
grauem desinebat) Ecclesiasticis incognitus fuit.

*Circumflexus.*

Postremo comparuit Accentus epistolarum totalis & partia-  
lis. Itē Accentus Euangeliorum, totalis & partialis, qui ambo ex  
finalium dictionum syllabis ac earundem numero comprehensi  
erant, quoniam ex syllabarum quantitatibus processerant. Nec  
defuit Prophetiarum duplex accentuandi modus, quarum quæ-  
dam epistolarum more leguntur. Quædam uero ex more matu-  
tinalium lectionum decantantur. Tandem cum puncto, qui uir-

*Accentus epi-*

*stolarum &*

*Euangeliorū,*

*atq; Prophe-*

*tiarū, totalis*

*& partialis.*

*Punctus uel*

*uirgula.*

K 3 gula

**Punctus uel uirgula.** **Punctus geminus.** **Punctus interrogatorius.** **Verba quaesitiua.** **gula** dicitur enim punctus geminus, alias punctus precise ad medium lateris dextri locatus. Item cum puncto in fine alicuius orationis ultra medium aliquantulum elevato: superuenit alius punctus ultra dictio nis medium aliquantulum depressus, adducens in consortium suum punctum interrogatorium, qui sic formatur: cui coiuncta erant uerba quaesitiua, ut quaero, interrogo, rogo, postulo, scrutor: cum uerbis interrogatorijs. Quis, cur, quando, quare.

DE HIS QUI CVM PLANORUM Rege ad belligerandum descenderunt cum praedictis.

Caput XI.

**Chorales & chorizantes.** **Chorus instrumentorum.**



ADVERVNT ET CHORAVLARES POPVLI cum choraulibus & choro cytharistis omnibus quos regio continebat. Item chorizantes, omnisque secta chorizantium, qui omnes chorum Musicum instrumentum, per quod tarantara decantantes suorum animos ad praelia prouocabant, pro tuba ferebant (hoc ex simplici pelle cum duabus cicutis aëris confectum erat, quale uidit Ieronimus qui ad Dardanum scribens refert, per primam cicutem inspirari, & per secundam uocem & sonum emitti. Cuiusmodi Verg. meminuit dicens.

*Est mihi disparibus septem compacta cicutis.  
Fistula, Dametas dono mihi quam dedit olim  
Et dixit moriens, te nunc habet ista secundum.*

**Sextus Centurio.**

**Intonatio.** **Soni.** **Psalmi & introitus.** **Nationes plana & choralis.**

Sextus Centurio signum ferebat manu propria, ibatque medius omnium, ita ut duo praecederent ordines ipse sequeretur, tres clauderent agmen, cuius nomen intonatio. Multi alij soni antecurrebant, quidam praecedentium acierum tegebant latera, illi explorabant ne ordines interrumpenterentur, quales extiterent psalmi & introitus. Multae etiam aliae nationes Planorum uenere in auxilium regis sui, uidelicet: natio Plana & choralis, innumeraque

M V S I C A L E.

ræq; aliæ cum copijs non aspernandis. Affuere inquam fortissimi  
 Satrapæ summi Papæ, & Pontifices sanctissimi. Cardinales reue- *Satrapæ Papæ*  
 rendissimi. Episcopi illustrissimi, Abbates deuotissimi. Canonici *Cardinales, E-*  
 reuerendissimi, Sacerdotes honorandi, & religiosi obseruantissi- *piscopi, Abba-*  
 mi, omnisq; natio Papistica et Sorbonistica (cum omnib. simpli- *tis, Canonici,*  
 citer & plane cantantib) bellicosissimi omnes non minus ad pu- *Sacerdotes &*  
 gnam armati, quàm cæteri omnes: quibus à Rege cõcessum fuit ut *natio Papisti-*  
 quocunq; sua uellent, figerent tabernacula, utq; in milites aduer- *ca.*  
 terent, ne ullum inter se tumultum concitarent, monachi cum reli- *Monachi &*  
 giosis monialibus fere omnes, præsertim in Germania multis no- *moniales ger-*  
 ctium euigilandarum laboribus ex matutinis, ut uocant, fatigati *manie.*  
 (alioquin ad Bacchi Venerisq; pugnam subeundam animis præ-  
 sentissimis à Plano Rege ad Mensuralem protinus confugere, fœ-  
 dusq; cum eo inire deliberauerant, decreuerantq;, nisi D. Mar-  
 tinus Lutherus quia ex eius ordine erant, occurrisset qui pollici-  
 tis plurimis eos (exceptis paucis) à proposito reuocauit, spem inge-  
 rens breui futurum, si modo strenue certauerint pro pia re ui-  
 riliter in bello gesta, uxores ducturos se cum sacerdotibus & pres- *Sacerdotes &*  
 byteris, simulq; totas noctes in utramq; aurem obdormituros, li- *presbyteri Lu-*  
 berosq; fore à matutarum infatigabili cantandarum labore, ab *therani.*  
 omniq; paupertate, castitate, obedientia, &c. qui etiam spe ducti *Votorum so-*  
 remanserunt & comitati sunt, quamuis Augustinenses monachi *lutio.*  
 magnopere resisterent: seditionis enim huius actores extiterant *Augustinen-*  
 præcipui. Et hos postremo à longè sequebantur uetulæ mulieres, *ses seditiosi.*  
 multa in inimicos uarijs linguis, diuersisq; idiomatib. solmizan- *Vetulae mulie-*  
 do siue fortizando obstrepentes, quas magna ingensq; rusticorû *res.*  
 multitudo, et societas illius regni defensuri partes Regis sui Plani *Rustici cum*  
 à longè sequebantur cum ligonibus, securib. axibus, securiculis, fal- *instrumentis*  
 cubus, furcis, furcillisq;, fimarijs, flagellis, palis, bipalijis, hastis, *ruralibus.*  
 ensibus, & gladijs, funibus, multisq; his similibus, quæ breuita- *Bellica tor-*  
 tis gratia linquo, nec deerant omnium machinarum, tormento- *menta.*  
 rum, arietum, numellarum, bombardarumq;, balistarum, lorica-  
 rum, lancearum, sagittarû, clipeorumq; omnia genera quibus ho-  
 stes sibi infestissimos oppeteret. Postremo hos secuti sunt magna *Turba male*  
 turba tam male canentiû, quam instrumenta simplicia male pul- *canentium &*  
 santium,

# B E L L V M

*Pulsantium.* **santium**, qui à Rege Mensurali reiecti erant, qui quidem omnes foedus cum Rege Plano inierunt, pollicentes illi se quam fidelissime inseruituros, neq; unquam de instrumentis aliam extracturos Musicam, quam ipsam puram sinceramq; patriæ conditionem senserint esse postulare & decreuisse. Quod si persenserit Rex Planus eos à statuto deuiare, legum suarum uerberibus caesos (cum Dauo Terentiano) in pistrinum ad usq; necem daret, hocq; ea lege cum Rege sanxitum est, atq; omine, ut si quando eos eximeret pro eis molam duceret. Venit tandem ingens multitudo cantorum, tum expertorum tum inexpertorum, quorum maxima pars erat trahentium post se cohortes fortissimorū militum suorum, adducentes secum quasdam meretriculas mulieres, lauandorum lotrices. lintheaminum, indusiorumq; gratia, decoquendorumq; edulium quæ ideo etiam sequebantur, ut per suos modulos militum mentes ad se traherent, indeq; lucrum reciperent, inter quas Adurales mulierculæ duriores uoces proferebant cantando, uerum solummodo in aruis H miensibus canebant. Cæteræ uerò nunq; dulcius suauiusq; cantabant, quam apud populos ex ciuitate B fa. quos mollibus suis uocibus summopere oblectabant. Alię autem quæ neutrales erant nullius subiectæ imperio. meretriciam protinus uitam agebant, statim istis, statim illis sese naturaliter prostituentes, in medioq; omnium habitantes ac conuersantes, nemini contrariabantur. Congregato ergo huiusmodi exercitu, Rex Planus omnes copias deduxit in latissimas planicies tonorū, in loco quodā circa finales terminos, apud D sol re. E lami. F faut. et G sol reut, qui dicitur ambitus, ibiq; castra metatus est iuxta flumē notarum dictum Mutatio, per quod naues ascendentes cum onerate essent mercib. ex re factis deducebant. Descendentes uero naues per flumen idem Mutationū merces ex La factas, ad sustentationem uocū aduehebant. Diuisit ergo Rex Planus omnē suum exercitū in tres cohortes, collocauitq; naturam in dispositione, & tandē unicuiq; pprium in castris tribuit locū, exceptis quibusdā familiarib. ex ambitibus tonorū & interuallis, quib. iniunctū fuit ut sarcinas ferrēt omnium notarum. Quib. omnib. nouē chori angelorum, non minori cum fiducia animi addentes opitulabantur.

Apparatus



APPARATVS REGIS MENSURALIUM

ad bellum contra Platonum Regem susceptum.

Caput XII.




VDIENS VERO MENSURALIS REX QUANTA  
 contra se præparasset aduersarij sui, ueritus ne subita  
 ui aliqua ingruente opprimeretur, si imparatus tantarum  
 uirium impetum expectaret, omnibus imperio suo subditis  
 indixit, ut quam primum fieri posset, armati & instructi  
 pro uiribus adessent. In cuius auxilium utpote propinquior,  
 prima affuit Mensura essentialis cum Accidentalibus, sine  
 qua omnis compositio est uitiosa & inutilis, cum Musicae  
 gradibus præcipuis ducibus sub Mensura essentiali militan-  
 tibus, qui figura notarum armati erant, scilicet Modus,  
 Tempus & Prolatio consanguinei ipsius Regis, & ex  
 Regis stemmate procreati, cum quibus erant manipulares  
 sui Modus maior perfectus, qui in maximas notas imperium  
 habebat, Modus uero perfectus minor longis notis imperabat  
 (quæ maxima scilicet & longa) tres Centuriones (longas  
 uel breues) sub se habebant. In Modo uero maiori &  
 minori imperfecto prædictæ notæ, quæ & modorum manipula-  
 res existebant solummodo duos Centuriones secum habebant.  
 Iterum Tempus dux in perfectione unum habuit manipule-  
 rem breuem, sub quo tres Centuriones semibreues famulabantur.  
 In imperfectione autem breuis duas semibreues sibi obtemperare  
 meruit. Prolatio tandem perfecta Dux tertius. Tres Centuriones  
 (minimas) sub uno semibreui collocauit. Imperfecta uero  
 cui semibreuis nota manipularis erat, duos Centuriones  
 (notas scilicet minimas) constituit, hoc quo subsequenter  
 exemplamodo nos doceat.

Mandatum Regis Mensuralis.  
 Mensura essentialis & accidentalis.  
 Gradus Musicae duces.  
 Figura notarum.  
 Modus.  
 Maior perfectus manipularis primus.  
 Minor perfectus secundus.  
 Tempus perfectum dux primus.  
 Centuriones.  
 Tempus imperfectum secundus.  
 Prolatio perfecta dux tertius.  
 Prolatio imperfecta quartus.

L Modus

# B E L L V M



Modus maior. Modus minor. Modus maior. Modus minor.  
 Perfectus. Perfectus. Imperfectus. Imperfectus.



Milites perfe-  
 ctionis & im-  
 perfectionis.

Tempus per-  
 fectum. Tempus im-  
 perfectum. Prolatio per-  
 fecta. Prolatio im-  
 perfecta.


Omnis itaq; perfectionis milites & imperfectionis, in plures  
 cuneos diuisi sunt, & sub uarijs signis centuriati. Aliqui quippe  
 sub signis principalibus intrinsecis erant, hoc pacto.



Signa princi-  
 palia intrinse-  
 ca.

MODVS. TEMPVS. PROLATIO.  
 Aliqui uero sub signis principalibus extrinsecis sic erant.

Signa princi-  
 palia extrin-  
 seca.



Alij rursus sub signis minus principalibus constituti, nihil com-  
 merti cum praedictis Ducibus habebant, quia signa diuersa &  
 uaria erant, ut in sequenti figura patet.




Signa minus  
 principalia.

Repetitio. Cōueni- Cōcordantia. Aspiratio. b molle. Dealbatio.  
 entia. Cardinalis. H durum.  
 nel Pausa gene-  
 ralis.

Quorundam

M V S I C A L E




L 2 Quorum

Quorum primum est in ordine signum repetitionis secundum conuenientie. Tertium concordantiæ Cardinalis, uel pausa generalis. Quartum aspirationis uel F duri. Quintum est signum b mollitatis. Sextum dealbationis, &c. Quorum uexillum, in quibus nomina Regum & Principum inscripta erant, proxime uide re conceditur, &c.

Concordantiæ  
duces.  
Perfectæ mani  
pulares.  
Vnisonus 12.  
Quinta et 15.  
Octaua 19.  
Centuriones.  
Imperfectæ  
manipulares.  
Tertia 13.  
Sexta & 17.  
Decima 20.  
Centuriones.  
Manipulares  
equisoni.  
Perfectæ &  
imperfectæ.  
Capitanei.  
Diminutionū  
& Argumen  
tationum mi  
lites.

Venere insuper Duces concordantiarum perfectarum & im  
perfectarum, uiri magni gloria magnisq; rebus gestis, ex concor  
dantijs perfectis duo manipulares erant, unisonus & quinta, ex  
quibus procrearunt diapason, diapente diapason, diapente dis  
diapason, centuriones consonantiarum perfectarum. Ex imper  
fectis uero concordantijs etiam duo manipulares erant, tertia &  
sexta, ex quibus procrearunt ditonum diapason, ditonum disdia  
pason, tonum diapente diapason, & tonum diapente disdiapa  
son, qui & Centuriones & consonantiarum imperfectarum con  
stituti sunt, cum concordantijs duriter siue fortiter moliterue so  
num exprimentibus, uel suauiter & uniformiter auribus inciden  
tibus atq; conuenientibus, diuersos miscendo sonos, ut acutos &  
graues. Hos inquam ambos manipulates simplices & primarios  
concordantiæ replicatæ, seu secundaria, quæ & æquisonæ erant  
præcedentibus dupla dimensione conceptæ, sequebantur una  
cum triplicatis. Sicq; perfectæ concordantiæ in certis proportio  
nibus radicatæ numerorum præsidio probabiles existebant. Im  
perfectæ uero cum probabiles non essent inter perfectas, tamen  
locatæ consonum efficiebant sonum. Quartum quælibet simpli  
citer ducta duas tantum uoces recipiebat, licet per commixtio  
nem plures reciperet. Et hos secuti sunt duo Capitanei strenuissi  
mi uiri. Diminutio & Augmentatio. Diminutionum milites in  
tres turmas diuisi sunt, In canonicam, numeralem & uirgularē.  
Postremarum (scilicet augmentationum) milites in contradictio  
nem diminutionis diuisi sunt, quorum signa sic erant, ut hic an  
notata uidere est.



Proxime

# M V S I C A L E.

Proxime conuenerunt cohortes imperfectionis & alterationis sub mensura accidentalí militantes, cum ligaturis & proportionibus, sub quibus numeralis imperfectio, punctualis diuisio, & notularum denigratio seu plenitudo militabant, deinde comitabantur, numerus, circulus, ac punctus cum tactu, tam totali quam generali ac spiritali, militaris disciplinæ admodum periti. Punctorum ergo primus ( additionis scilicet ) quia figurarum augmentatio erat. Imperfectas notas perficere potuit: mediumque ualorem notæ cui postponebatur, ad dextræ mediam addebat. Secundus diuisionis punctus duas, qui notas disiungebat inter eas distinguebat, pauloque altius constitutus erat & collocatus. Tertius alterationis repererebat notas, notis adueniens supraque constituebatur. Quartus punctus perfectionis postponebatur notæ perfectæ, quam neque augebat neque minuebat, præseruabat tamen ne à sequenti imperficeretur. Quintus punctus qui transpositionis dicitur, notis apponebatur transferens eas ad figuras distantiores computandas, in posteriores tantum uim suam digerens, ut hic uidere per exempla conceditur.

Signa.

Cohortes imperfectionis et alterationis.

Punctus additionis.

Diuisionis.

Alterationis.


Perfectionis.

Transpositionis.



Punctus additionis.

Diuisio



nis.

Alterationis



punctus.

perfectionis ac Transpositionis.

Tactus appulit etiam tripartitus. Maior, minor, & proportionatus, qui & omnia nouerat quæ ad militiam spectant, maiorem sequebantur integri & totales artis periti Musices, minorem uero

Tactus.

Maior.

Minor.

L 3 indocti

# B E L L V M

*Proportio* = indocti tantum. Proportionatum autem secutæ sunt habitus duarum quantecumq; sint eiusdem propinque quantitatum alterius ad alteram. Secuta est *Sincopatio*, qui cõtinebat semiditatem & diminutionem. Proportiones item sicut multiplices erant, ita etiam superpartientes & superparticulares aduenerunt, quas secutæ sunt æqualitas & inæqualitas. Æqualitas ad duas æquales quantitates referebatur. Inæqualitas habitabat in habitudine duarum inæqualium quantitatum. Minorem inæqualitatem proportionum quinque sequebantur genera. Multiplex superparticulare superpartiens, & multiplex superparticulare cum multiplici superpartiente. Quorum alia simplicia, alia composita erant. His alia genera quinque minoris inæqualitatis opponebantur, iisdem etiam nominibus præposita tantum præpositione, sub, uti ubi multiplex, &c. quorum alterum alterum destruebat, nec in suo esse perdurare faciebat. Postea uenerunt dupla, tripla, quadrupla, quintupla, sextupla, octupla, nonupla, decupla. Rursum sub dupla, subtripla, subquadrupla, subquintupla, usq; ad subdecupla. Denuo sesquialtera, sesquitertia, sesquiquarta, &c. simul cum sub sesquialtera, subsesquitertia, & reliqua.

*Sincopatio*.  
*Proportio super partionis & super particularis*.  
*Æqualitas*.  
*Inæqualitas*.  
*Minoris inæqualitatis quinque genera*

### Exemplum Multiplicis proportionum generis.

<i>Genus multiplex.</i>	2	3	4	5	6	7	8	9	10
	1	1	1	1	1	1	1	1	1
	Dupla.	Tripla.	Quadrup.	Quint.	Sextup.	Septupla.	Octup.	Nonupla.	Decupla.
<i>Submultiplex</i>	1	1	1	1	1	1	1	1	1
	2	3	4	5	6	7	8	9	10
	Subdupla.	Sub tripla.	Sub qua drupla.	Sub quin tupla.	Sub sex tupla.	Sub sep tupla.	Sub octu lupla.	Sub no nupta.	Subdecupla.
<i>Superparticulare.</i>	3	4	5	6	7	8	9	10	
	2	3	4	5	6	7	8	9	
	Sesquialtera.	Sesqui tertia.	Sesqui quarta.	Sesqui quinta.	Sesqui sexta.	Sesqui septima.	Sesqui octaua.	Sesqui nona.	

*Subsesqui*

# M V S I C A L E.

2	3	4	5	6	7	8	9
3	4	5	6	7	8	9	10

Superparticulare.

Subsesqui altera. Subsesqui tertia. Subsesqui quarta. Subsesqui quinta. Subsesqui sexta. Subsesqui septima. Subsesqui octava. Subsesqui nona.

1	1	1	2	2	2	3	3	3
1	2	4	2	4	8	3	6	12

Proportio dupla.

Duple.

Duple.

Duple.

1	2	4	2	4	8	3	6	12
1	3	9	2	6	18	3	9	27

Tripla.

Tripla.

Tripla.

Tripla.

1	3	9	1	4	16	1	5	25
1	4	16	1	5	25	1	6	36

Quadrupla.

Quadruple.

Quadruple.

Quadruple.

4	2	1	8	4	2	12	6	3
4	6	9	8	12	18	12	18	27

Sesqui altera.

Sesquialtera.

Sesquialtera.

Sesquialtera.

9	3	1	16	4	1	25	5	1
9	12	16	16	20	25	25	30	36

Sesquitertia.

Sesquitertia.

Sesqui quarta.

Sesquiquinta.

Sesqui octava.

Sesqui quarta.

Sesqui quarta.

Sesqui quarta.

Hemiola denigratarum notarum nationes nigrosque equites (quos vulgo

# B E L L V M

*Harmonici.* uulgo die schwarzen reuter nominant) adducebat secum, quas mul-  
 tæ aliæ nationes non minus feroces atrocesq̃ secutæ sunt, quæ  
 omnia referre graue esset. Tandem prodierunt harmonici cum  
*Sonus.* Musicis concentibus & accentibus, quibus obtemperabant diffi-  
*Calliope & Erato.* ciles proportionum species, qui cuncta militaria munera obire  
 didicerant. Venêre insuper soni & uoces pugnacissimi, & longo  
 belli usu exercitati, qui sub Calliope & Erato Musis militabant.  
*Vox.* Quorum primus instrumentis celerioribusq̃ digitorum discapæ-  
 dinationibus & mobilitatibus armabatur. Vox uero quæ in dis-  
*Interualla uocis.* diapason continebat se (habet enim finem ascendendi & descen-  
 dendi) per interualla incedebat nationum distantiam in sono  
 acuto & graui, inter se penes ascensum & descensum, uoce & uo-  
 ce concertantium, quorum nomina unisonus, semitonium, to-  
 nus, semiditonus, ditonus, diateffaron, diapente, semitonium da-  
 pente, tonus diapente, & diapason. Altera natio erant Tritonus,  
 semidiapente, Tonus cum diapente, Semiditonus cum diapen-  
 te, ditonus cum diapente, semidiapason, & diapason cum dia-  
 pente.

## EXEMPLA INTERVALLORVM VOCVM.



Exemplum unisoni.

Sequitur semitonium.




Tonus.

Semiditonus.

Ditonus.


Diateffaron.



Diapent. ma. Diapent. min. Semito. & diapent. Tonus cum diapent. Diapason maior.  
 Semi-




# M V S I C A L E.



minor. Sequuntur exempla interuallorum prohibitorum.



Tritonus. Semidiapent. Ditonus. Diapente. Semidiapason.



Semitoniū. Semidit. Diapason dia. Disdiapason.  
diapason. diapason. pente.

Disdiapason uero circuibat uocum omnes nationes, indicens illis terminum quem preterire non poterant, sicq̄ nisi cum euntibus ibant, & cum stantibus stabant, & cum eleuatis à terra pariter eleuabantur. Vocum alia aderāt unisonæ (quarum una grauior, altera acutior) sequebantur. Non unisonarum rursus, alia æquisonæ, alia consonæ, alia emmeles, alia dissonæ existebant. Quare æquisonæ simul pulsæ unum ex duabus sonum efficiebant, ut diapason & disdiapason. Consonæ uicissim compositum seu permixtum sonum reddebant, diapente uidelicet & diapason diapente. Emmeles autem quamuis consonæ non essent, consonis tamen proxime assistebant, ut illæ quæ tertias, sextas, uel alias imperfectas concordantias sonabant. Sed dissonarum uocum impermixti soni insuauiter sensum feriebant. Numerorum rursus duæ nationes, pares & impares sequebantur: militabantq̄ sub si-

Disdiapason.  
Iob. 14.  
Ezechiel. 1.  
Voces unisonæ & non unisonæ.  
Æquisonæ.  
Consonæ.  
Emmeles.  
Dissonæ.  
Numeri.

M gnis

# B E L L V M

**Numerati uiri** = gnis tertiae phalangis, ex Ciuitatibus uiginti duabus quidam nu-  
**ri.** merati uiri, quorum proprium erat officium cōpositionem face-

**Questores.** re in usum militum (nam tunc erant dies quadragesime) quorum  
**Ciuitates.** Quæstores pecuniam in usum militum conseruabant. Ciuitates

**Cadantia.** autem omnes quas possidebat Rex Mensuralis, custodibus custo-  
 diendas curauit, omnesq; portis, ianuis, pontibusq; casualib. ger-  
 manice ein fall brucken / & releuandis præmuniuit, in quibus inclu-  
 derentur munitiones, resq; exercitus, quibus præfecit Cadantias,  
 præcepitq; ut neminē inde Sonorū exire permitterēt, nisi à suis ex-  
 tremitatibus prius licentiati essent. Et ut sub maiori securitate Cla-  
 ues portarum ciuitatum essent, armaria in quibus recondebantur  
 sigillari & signari fecit, hoc modo.

Claves signanda uel signata.	dd. la sol	dd	Claves sistematis & monochordi.	dd	} <i>Germinate acute</i>	G
				cc.		
	g. sol re ut	g/g/g.		bb	} <i>Minuta medice.</i>	F
				aa		
	f. sol fa ut.	f/f/f.		g	} <i>Finiales.</i>	E
				p		
	f. fa ut.	f/f/f.		e	} <i>Graves</i>	D
				d		
f. ut.	f	c	} <i>Capitales</i>	C		
		b		B		
		a		A		

Distant

# M V S I C A L E.

(Distant enim Claves signandę uel signatę altera ab altera per Quintam) Omnes autem alię clauis à quibus aliarum iudicium sumere constitutum erat, in linea, & uia spaciola repositę sunt. Gręcorum tantum clauis r. ab F faut per septimam seiuncta in grauiori introductorij parte locata est, ob Gręcorum reuerentiam, à quibus Musicę flumen per totam prouinciam defluxit. Alterius uero generis Clauis quę ab eadem litera incipiebant, distabant ab altera per octauā. Et sic Clauis oēs de numero impari (numero enim impari gaudet Deus) in lineis rectis quę decem erant, pares uero in spacijs continebantur, quarum milites & costodes in septem turmas sese continentes cum socijs suis septē habuere capitaneos, uidelicet, A. B. C. D. E. F. G. qui certas melodias, ad eorū totius sistematis, id est scalę ordinem in cantionib. Musicis uelut aperiebant ac oculis exponebant, quemadmodum per clauis ferreas seris in sertas ac circumactas, reclusis scrinijs, mox quicquid ante latuerat cōtenti, apparere facimus. Mox aduenit & Notarū Dux grauissimus, lento progrediens ingressu cum figuratis notis simplicibus & colligatis, perfectis & imperfectis, in consilijs rerum maximarū ac administratione totius reipub. præclarissime uersis, cum quo inq̃ Duce militabant ex simplicib. maxima, longa, breuis, & semibreuis. Ex ligaturis uero plures simpliciter & obliquę coherentes notę duplicatę, alteratisq̃ interdū armis indutę sequebant. Cōueniunt ibidem & alię notę adulterę, quę uestitę erant coloratis & denigratis uestibus, ex quibus quędam perfectę erant, quędam imperfectę, quarū, quę longę erant sub modo minori perfecto se prostitebant. Breues uero sub tēpore perfecto agebant, & quę tandē semibreues dicebantur sub platione maiore morē gerebant: & ita quisq̃ ducum quib. suberant tres earundē concubinas habebat, ex quibus denigratis proles & filias quascunq̃ pcreabant pro ancillis, scortisq̃ (quarum tres phalanges erant) cū cæteris notarum nationibus reputarunt, illegitimasq̃ (quoniā ex adulteris nigris morionibus natę erant, unde sibi nigrum colorē cōtraxerant, publicarunt, bonisq̃ hæreditarijs, quę alioquin legitimi descēdentes merebāt, exheredarūt & priuarūt. Quare nihil nisi si quid in obscuro et tenebris clanculum uel suffurabant, possederūt. Quarū noīa fue-

*Clauis signata.*

*Gręci Musici*

*Numerus impar.*

*Capitanei clauium.*

*Sisterna.*

*Comparatio clauium.*

*Nota figurata.*

*Simplices.*

*Ligatę.*

*Obliquę.*

*Adulterę.*

*Perfectę & imperfectę.*

*Longę.*

*Breues.*

*Semibreues.*

*Concubine.*

*Phalanges.*

*Denigratę notę.*

*Croma.*

*Semicroma.*

# B E L L V M

*Minima.  
Aetates nota-  
rum.*

*Maxima.*

*Longa.  
Breuis.*

*Semibreuis.*

*Minima.  
Semiminima.*

*Fusa.*
















*Semifusa.*

*Fusella.*

*Notarij.*

*Note cum  
puncto.*

*Pausa.*

runt semiminima, fusa, uel croma, semifusa uel semicroma, nigra terra nigriores & deformiores, quoniam habitauerunt in regione calidissima notis pedissequentes prioribus. Minima uero (quia legitimata erat) ueste candida perlucida que induta fuit, ei que praedictae nigrae obtemperare compellebantur. Octo annis maximam notam natam fuisse ferunt, cuius arma eiusmodi axes erant . Longa quartum annum compleuerat, cuius arma secures erant . Breui annus secundus excefferat, quae pro armis alea caeca inter milites iudebat . nihilominus manu securim sinistratenens similem . Semibreui unicus annus aetatis erat quae globos tormentarios uehiculis conducebat tales  obliquos, &  rotundos. Minima autem medium annum iam uixerat stipites atque clauas ferens similes  . Semiminima quum ad medium iunior esset, sagittas & tela gerebat talia  . Fusa ligones & falces frumentarias  . Semifusa uero bidentes runcinas simarias  . Et tandem fusella tridentes furcillas circumferebat . Itaque notarum figuratarum notarij iurati a Rege Mensurali notabantur & locabantur in lineis & spacijs, ut describerent cantum quibus notae praeferebantur, quae punctum habebant lateri ascriptum, mediumque ualorem augmentabant. Quibus omnibus praedictis notis figuratis pausa (quae demonstrabant cantoribus a cantu ad tempus cessandum esse) famulabantur in aspiratione & suspirio.

Quaelibetque nota suam peculiarem pausam habuit quae ei ualore corresponderet, quibus pausis iniunctum fuit ne uerbum proferrent, sed rei euentum expectantes cum silentio manerent in requie.

# M U S I C A L E.



**Exemplum initialium notarum ligatarum.**



**Mediarum exceptio.**

**Maximarum sedes.**



**Exemplum ultimarum notarum ligatarum.**



**Longarū. Breuium. Semibreuium sedes. Denigrata notæ.**



**Exemplum notarum simplicium & pausarum.**



**Exemplum ualoris notarum cum puncto.**

**M 3 Tandem**

# B E L L V M

*Scale.*

*A durales.*

*b molles.*

*Ficticiae.*

*Synemmon.*

*Mercatores à  
nautae.*

*Moneta in as-  
censu b molla-  
ri.*

*In descensu.*

Tandem ex ciuitatibus omnibus tria scalarum genera uterque Regum uehicularum ad obsidionem nauium in flumine mutationis existentium, murorumque ciuitatum deuehi mandauit, quo facilius ascendendo & descendendo per solmizationis gradus naues mutationis prope ciuitatem *H* mi duram & *b* fa mollem conscenderent, ciuitatumque muros inuaderent. Quarum primum genus de *H*. durali ligno factum fuit. Secundum genus de *b* mollarum ligno confectum erat. Postremum erant scalae ficticiae, ideo factae excogitataeque ut detererent & deciperentur hostes, de *b* mollarum namque ligno compactae fuerunt, quarum ligna in nemore Synemmon, id est Musica ficta excissa sunt. Quamuis uox hominis ascendendi & descendendi finem habuerit, scalae tamen non habebant, quia semper reuertebantur ad *ffaut*. Notandum autem est (ut Adrianus petit Coclico discipulus Iosquini refert) quod omnes litterae *G* erant *H* durales cantus, *C* naturales, *F* b molles, quia scalae diuidebantur in tres partes. Prima pars secundum cantum choralem incipiebat à *r* ut, et durabat usque ad *F* faut, quae dicitur grauis. Secunda reincipiebatur à *g* sol reut in linea, & durabat usque ad aliud *ffaut* in spacio, quae dicitur acuta. Tertia pars à *g* sol reut in linea iterum reinchoabatur, & durabat usque ad *ffaut* extra manum, quae dicitur super acuta siue geminata, quia cum in cantu figurato scalae habebant finem, reuertebantur ad (*F*) *fa* ut in spacio, uel in linea. Ideo non erant nisi duae litterae, *F*, in scala. Aliae fuerunt tres, ut reueterentur semper ad octauam suam, ut post (*E* la) reuerti possent ad *ffaut* in linea. Et ultra *r* ut siue infra ad *ffaut* in spacio, & sic scalae non habebant finem. Mercatores autem & nautae in flumine mutationis nauigantes cum suis mercibus, diuersisque mercantijs, utriusque Regis militibus per scalas *b* molles ascendere constitutis, monetam quam ex ciuitatibus *d* la sol re, secum milites ferebant (*la*) uocitanda, moneta (*re*) nuncupata, ex ijs ciuitatibus commutabant si ulterius progredi decreuissent, quod similiter in *g* sol re ut fieri solitum erat, ubi loco, sol, mutabant, *re*. Nihilominus descendere uolentibus per praedictas scalas pro (*re*) quam prius habuerant ex *alamire* & *d* la sol re. (*la*) redentes (petentibus enim infirmiores prouincias eiusmodi ad soluendum

# M V S I C A L E.

uendum moneta conducebat) sic etiam ascendentibus in scalis  
 durabilibus pro (la) in alamire, pro q̄ (sol) ex d la sol re (re) mone *In ascensu durali.*  
 tam reddebant sic dictam. Descendentibus uero de scalis in gra *In descensu.*  
 du alamire pro (re) & in elami, pro mi mutuabant & reddebant  
 monetam, La, alias hospites in itinere repetentibus sua castra mi- *Moneta ficti-*  
 litibus quæ ad uictum erant necessaria, denegassent. Et tandem *tia.*  
 qui tertias scalas conducebant (quia fictitiæ erant, ad alteramq̄ mi- *tia.*  
 lites monetam circumferebant, mercatores par pari referentes  
 (uastorum enim illorum militum satis apertas astutias & inepti-  
 as intellexerant, etiam si sub pretextu b mollari deductas) fictitios  
 & adulteros uiceuersa restituebant nummos. Ascendentibus ergo *In ascensu.*  
 pro (ut) in c sol faut, tribuebant (re) & in ffaut pro (sol) mi, recõpen *In descensu.*  
 sabant. Descendentibus quoq̄ in c sol faut, pro (re) la, & in g sol  
 reut pro (mi) ficto fictum, la, reddebant, sicq̄ ars arte deludebatur.

## MVTATIONES b durales.



## MVTATIONES b molles.



## MVTATIONES fictitiæ.



Scala

# B E L L V M

Scala H duralis.

dd	re	la
g	re	la
<del>c</del>	re	la
c:	re	la
c:	re	la
F	re	

Ascend.  
Descen-  
dendo.

Scala b mollaris.

dd	re	la
b	re	la
g	re	la
c/b	re	la
c:	re	la
c:	re	la
b	re	
F	re	

Ascend.  
Descen-  
dendo.

Scala Musicae fictae.

dd <sup>b</sup>	re	la
b	re	la
g	re	la
b	re	la
c/b	re	la
b	re	la
b	re	la
F	re	

Ascend.  
Descen.

Scale coniunctae in instrumentis Musicalibus.

Ex Sebaldo Heyden'.

dd <sup>b</sup>		
g <sup>b</sup>	re	la
b	re	la
c	re	la
b	re	la
b	re	la
F <sup>b</sup>	re	la

Descen.  
Ascend.

dd <sup>b</sup>	re	la
b	re	la
g <sup>b</sup>	re	la
b	re	la
c	re	la
b	re	la
c/b	re	la
b	re	la
F	re	

Desc.  
Asc.

Descendendo retrocedit enumeratio.

10	ee	1
9	cc/b	2
8	aa	3
7	ff	4
6	ff	5
5	aa	6
4	cc/b	7
3	ee	8
2	cc/b	9
1	ee	10

Scala.

Ascendendo procedit enumeratio.

Sequitur



M V S I C A L E.  
 SEQVITVR DE HIS QVI CVM  
 Mensuralium Rege ad belligerandum  
 descenderunt.

Caput XIII.



AETERAE COHORTES, VT SVNT DIVERSAE  
 quantitates notarum & figurarum inæqualitas, auge-  
 bantur & minuebantur, iuxta modi, temporis & pro-  
 lationis exigentiam, cum quibus erant Capitanei isti. *Capitanei.*  
 Discantus aliàs diuersus cantus, siue cantus uel superius, qui supe- *Discantus.*  
 riora obtinebat loca. Postea Tenor à tenendo dictus, qui ordine *Tenor.*  
 & concentu unamquamq; melodiam circumducebat, nihilomi-  
 nus partes Planorum cantuum tenens, mediumq; semper se ge-  
 rens beatitudinis argumentum esse existimauit (medium enim  
 tenuere beati) Cui contrarius ideo extitit Altus seu Contratenor, *Contratenor.*  
 quod sentiret Tenor pro Plano Rege stare. Bassus uero uel Ba- *Bassus.*  
 sis inferiores partes regebat, uocem habens omnibus tremebun-  
 dam, qui secum nationes adduxit baritonizantes ex ciuitate Vari, *Vari.*  
 quæ grauis olim uel Basis dicebatur. Vagans è longinquo in auxi- *Vagans.*  
 lium ueniebat (cū quo Tenor acutus, medius, concordans, Basis  
 & baritonus alter secundus, item Discantus & similes) Diuagaba-  
 turq; per omnes uoces subleuando supradictos nimio cantu de-  
 fessos, si quandoq; aliquos sua opera indigere conspiciebat, fue-  
 runtq; prædicti capitanei in tres turmas distincti tabulaturæ, uide *Turme.*  
 licet notarum, literarum, & numerorum cyphræ: in prima nume- *Tabulatura*  
 rabantur Musici instrumentorum periti, Italiarum Organædi, & *notarum.*  
 Galliarum cum suis Cõponistis, qui per notas Musicales, suas de-  
 pingebāt Tabulaturas. In secunda turma penè totius Germaniæ,  
 Italiæ, Hispaniæ, &c. Testudinarij, quoniam Tabulaturas suas per *Literarum.*  
 cyphras formabant & literas. Cæteri omnia confundentes cara- *Cyphræ.*  
 cteres, notas. Literas & numeros Arithmeticos in una eademq;  
 tabulatura coniungebant, ut aliquanto difficilioris intelle-  
 ctus esse iudicarentur, & perspicacioris in-  
 genij à plebecula passim haberentur.

N Exemplum

# B E L L U M

Exemplum primi generis Tabulaturæ notarum.

The first example consists of four staves of music. Each staff begins with a C-clef and a common time signature. The notes are represented by diamond shapes with vertical stems. The music is organized into four measures, with a final measure containing a large 'C' and a Roman numeral 'II'.

Sy nostre amour ne gist qu'en apparence, &c.

Exemplum secundi generis Tabulaturæ notarum.

The second example consists of four staves of music. Each staff begins with a C-clef and a common time signature. The notes are represented by diamond shapes with vertical stems. The music is organized into four measures, with a final measure containing a large 'C' and a Roman numeral 'II'.

Saluum me fac

Deus.

Exemplum Tabulaturæ Germanorum.

The German example consists of a single staff of music. The notes are represented by diamond shapes with vertical stems. Below the staff, there are handwritten letters and symbols: '1 f', 'f', 'a', 'g a g', 'c b c d', 'e f', 'c', 'a', 'g', 'c'.



Manipulares organistarū. partes tuerentur, & ciues qui incolebant arua circa flumen muta-  
 Instrumenta. tionis iacentia. Organistarum item duo manipulares erant, quos  
 Vergilius. infiniti sequebantur Tubicines & Tibicines, qui tubis canebant et  
 Piseus Tyr- tybijs, taratantara decantantes, nō minoris sua bellica instrumēta,  
 rhenus. ac cæteri: cuius generis erant. Clauicordia, Manicordia, Clauicym-  
 Tubæ inuen- bala, Clauicytheria, Virginalia, Regalia, Positiua & Organa cum  
 tor. Portatiuis. Cæteri tubas à Tirrhenis inuentas (ut testis est Vergili-  
 Tybie. us Aeneid.  
 Thuscorum. *Tyrrhenusq; tubæ mugire per æquora clangor.*  
 Ludicræ. Sed Aeneæ Tubæ primus inuentor fuit Piseus Tyrrhenus) habe-  
 Tybiarum di- bant secum. Alij timpana, fistulas & tibias, quæ primo ex gruum  
 uersa genera. tibijs, tum ex arundinibus factæ fuerunt. Postea Thuscorum tibijs  
 Seranæ. sacrificæ ex buxo fieri ceptæ, ludicræ uero ex loto arbore. Deinde  
 Phrigiæ. ex ossibus asininis, Postea ex argento & auro factæ erant. Habue-  
 Midas. runt & infinita tibiatarum genera, uidelicet tibias gir, tibias sera-  
 Marsias. nas, pares equalibus cauernis, Tibias Phrygias impares cauernis,  
 Monaulis sim- repertas in Phrygia à Rege Mida Dardanorum, qui Phrygiam te-  
 plex. nuit. Quarum modulos Phrygios Marsias Phrix inuenit. Tibiam  
 Mercurius. item simplicem (alias monaulem) quam Mercurius inuenit. Tibi-  
 Geminae. as quoq; geminas, quarum author Marsias Phrix fuit. Tibias præ-  
 Præcentoriæ. centioras quibus apud puluinaria præcinebant, tibias uastas quæ  
 Vastæ. præcentorias foraminum munero antecedeabant: tibias etiam  
 Gingriæ. habebant gingrias uel gingriuas anserum uoces referentes & re-  
 Milumæ. sonantes: tibias miluinas, quæ in accentus exhibant acutissimos:  
 Lydiæ. tibias Lydias, Thurarias uel Aegyptias, omnibus clariorem uo-  
 Amphion. cem habentes, quarum modulos inuenit Amphyon. Dorios ue-  
 Doræ. ro inuenit Thamiras thrax, cum quibus tibijs uoce canere Trœze-  
 Thamiras. nius Dardanus instituit. Habuerunt & lyram quam Mercurius in  
 Trœzenius. Mityleno monte Arcadiæ effecit. quam postea Orpheo tradidit,  
 Lyra. quo interfecto tandem Musæ in cœlo pro signo cœlesti lyram  
 Claudum. eandem collocauere: nec deerant cornua, Phormingines, siringe  
 Claudus. mixturæ, cymbala, & sambucæ cum Claudio instrumento quod  
 Sapho. duabus fistulis altera altera longiori compactum est: inde clau-  
 Plectrum. dus, cuius pes pede longior est. Sapho portabat plectrum instru-  
mentum

M V S I C A L E .

mentū quo chordæ percutiuntur, cuius inuentor fuit. Cytharædi uero testudinarij q̄ Musici melici & fidicines, Testudines Epthacordia Terpsicerotem, & cytharam habebant secum, psalterio q̄ *Psalterium.* utebantur, cuius symphonia incomparabilis erat (Constabat inquam 72. fidibus, forma triquetra ad unguem) qui militantes sub Terpsichore Cytharistria & Euterpe tibicinaria Musis ambabus, sequebantur. Comitabantur illos sui Præpositi & Prætores, *Prætores & Præpositi.* qui instrumēta & chordas de quibus suspensos uolebant, quot quot ex Planī Regis militibus inuenirent, secum ferebant (erant enim Prætores militares in id constituti, ut si quos errare conspicerent confestim enecarent. Quorum animi ferociam Pithagorici tybijs, fidibusq̄ emollire conabantur ibidem. Esclepiades frementis uulgi seditiones crebro cantu compescebat, idemq̄ tuba surdis medebatur. Damon philosophus Pythagoricus ebrios atq̄ petulantes adolescentes grauioribus modulis ad temperantiam reducebat. Antiqui medici & tonsores febrem & uulnera Musica modulatione curabant. Thales Cretensis unus ex septem *Medici et tonsores.* Græciæ sapientibus, primus Geometriæ repertor penes Graios *Thales.* suauitate cytharæ morbos, pestilentiamq̄, quæ per totum exercitum ingrassabantur, fugabat, Herophilus medicus ægrorum uenas Musicis pensiculabat numeris. Atqui Mensurales omnes in *Herophilus.* suas acies distributi, pulcherrimo ordine procedebant, armati tragulis, balistis, sagittis, missilibus, clauis, mucronibus, fundis saguntinis, phalaricis. Quos præuenerunt Principes cōiuncti psallentibus in medio iuencularum tympanistriarum, Principes Iuda *Psalms. 67.* duces eorum, Principes Zabulon, & Principes Neptalim cum cæteris Lyricis, quorum Principes Pindarus Thebanus poëta ex *Pindarus.* titit à Thebe ciuitate oriundus, in Boetia à Cadmo Agenoris filio condita, quàm Amphion modulatione Musica muris orna *Amphion.* uit, Herculis & Bacchi clarissima patria. Dum ergo eorum qui instrumenta pulsabant, item Componistarum, Cantorum, Musicorumq̄ omnium tantam multitudinem adesse perspexisset Rex *Belli inexper-* Mensuralis, eos qui belli inexpertes essent, ueluti qui assa uoce *tes.* caneant, ad bellum intromitti prohibuit, quamq̄ longissime posuit à suis copijs semouendos procurauit. Qui omnes responso

N 3 accepto

accepto, in speluncis sese continebant donec oportunum fiebat, ubi quid ab alijs subriperent, paucis impudicis inter copias reconditis, qui nihilominus Musicos pleno ore se esse prædicabant, eandem adfuere Sarrapæ in primis, Doctissimi Lutherani, sapientissimi Melanchtonistæ, uigilantissimi Zuinglistæ, Oecolampadistæ, disertissimi, Buceriani astutissimi, prouidentissimi Iudæi, Anabaptistæ oculatiores. Confusus itaque Rex Mensuralis de Musicis omnibus, tum quod strenui milites essent, tum quod uideret eos ferme omnes ita sui esse iuris & capitis, ut quicquid etiam animo conciperent illud opere præstarent. Collectis igitur in unum cæteris omnibus copijs & coactis, suas & ipse deduxit in eandem planitiem resonantium Tonorum, posuitque castra ab altera parte prædicti fluminis Mutationis, ita ut tantus exercitus unicus diuideret alueus fluminis, unde & fiebat ut inter aquatores non leuia interdum prælia inirentur. Nunquam tamen totis copijs in aciem descensum est, prohibentibus id utriusque partis Regibus, quoniam necdum ad pugnam necessaria omnia parata esse intelligebant.

*Mutatio.  
Aquatores.*

LITERAE VTRIVSQUE REGIS  
ad Duces Tonorum.

Caput XIII.



STATAGEBAT INTERIM VTERQUE REGVM tonos in suas partes traducere. Erant enim Toni maximæ in tota prouincia authoritatis. Et post Reges potentia & dignitate plane primi, qui in quamcunque partem cum suis uiribus inclinassent, haud dubie uictoriam secum trahere posse uidebantur. Quapropter non tam Planus quam Mensuralis, ut hos sibi adiungeret, nihil intentatum prætermittebat. Præoccupans autem Mensuralium Rex, huiusmodi ad illos literas dedit. Non arbitror uos præterire fratres mei, quanta insolentia, quo animi tumore contra nos Mensuralis

*Toni.*

*Literæ Regis  
Mensuralis  
tonos.*

## M V S I C A L E.

Tutalium que dignitatem insurrexit Planorum Rex, qua ue te-  
 meritate componendæ Cantionis aut Melodiæ primas partes  
 sibi usurpare præsumat, propter quod ( licet inuiti ) arma sume-  
 re, & copias cogere coacti sumus, ut illius contusa superbia au-  
 thoritatem nostram illibatam conseruare ualeamus. Enimue-  
 ro quum optime sciatis quantum figurarum, Mensurarum que  
 gentibus nostris debeatis, quæ ue ab illis acceperitis beneficia,  
 feceritis pietate & fide uestra dignum opus, si communem ex-  
 istimationem, communem rem, communes spes nobiscum  
 protecturi, cum uestris uos legionibus nobis adiunxeritis. Nam  
 uerso Figurarum Mensuralium statu atque imperio, nihil est  
 quod in Musicæ solo lætum tutum que uobis possitis arbitra-  
 ri. Valete: & quantum potestis uestrum festinate aduentum.

Scripsit uero & Rex Planus ad Tonos in hæc uerba. Non  
 me latet amici charissimi, sollicitari uos maxima instantia ab ad-  
 uersarijs nostris ut contra nos bellum gesturi secum in campum  
 descendatis: & licet pro uestra prudentia nihil temere uos gestu-  
 ros confidamus, necessarium tamen duximus admonere & hor-  
 tari uos, ut mente reputetis quæ à nobis habeatis commoda,  
 quanta ex Planis dignitati uestræ fiat adiectio, & licet minutula  
 quedam à Figuratiuis accepisse uideamini, potiora amplioraq; ni-  
 hilominus sunt quæ uobis à nobis tribuuntur. Iustius itaq; fe-  
 ceritis, si non nos modo Planorumq; imperium, sed uos ipsos  
 uestras que res defensuri, ad scœlicia hæc nostra perueneritis ca-  
 stra. Nam nec uerisimile, si succubuerimus, ipsos hostes à rebus  
 uestris temperaturos, quin uicticia ( quod Deus auertat ) in  
 uos arma conuertant, quo soli tandem in omni Musicæ solo  
 pro effrenata animi libidine grassari queant. Valete. Ambarum  
 igitur partium lectis literis aliam Tonis mentem esse, alia mo-  
 liri, diuersa animo uoluere cogitabant, si quidem neutri adhæ-  
 rere posse, sine manifestaria rerum suarum pernicie: è contrario si  
 se medios gerant beatos fore, uel amborum seruare gratiam, uel  
 quod magis destinabant animo, utriusq; res bellorū cladibus ita af-  
 fligi posse pensabant ut illis depreßis rerum ipsi in Musicæ regno  
 sine

*Literæ Regis  
 Planorum ad  
 Tonos.*

*Tonorum uer-  
 sutia.*

# B E L L V M

sine controuersia potirentur. Verum dissimulandas huiusmodi cogitationes censebant, ducendosq; utrosq; uerbis quo ad certum euentum possent inspicere.

## LITERAE RESPONSORIAE Tonorum ad utrumque Regem.

### Caput XV.

*Monas tubicen.*

*Cassiodorus.*

*Literæ tonorum ad reges.*

*Aristoteles.*

*Belli incommoda.*



RESERVAVNT ITAQUE TONORVM DVces utrisq; Regibus per Tubicinem eorum Monadem (quem Cassiodorus refert à Deo progressum, eo quod sit in unitate constitutus qui cantus suauitate & dulci modulatione utriusq; Regis efferatos animos ad pacem adtraheret) in hæc uerba. Accepimus literas uestras Illustrissimi Reges, easq; non sine ingenti dolore animi perlegimus, audientes inter adeo coniunctos Principes tanta exorta dissidia, ut contineri minimè possitis, quin propria regna Musicae (tam celebre imperium) cruentissimo bello sitis euersuri. Quæ uos occupant intemperiae: Vnde ea mentium alienatio: Per immortalem Deum quo progrediamini paululum cogitate, quantum letabuntur aduersarij cõmunes nostri, ignorantiae petulci habitatores, & dissonantiarum incompositi populi, Musicaeque artis olores (quos merito Aristoteles nõ esse harmonicè & integrè à Deo formatos asseruit) dum intuentur hostium suorum uires mutuis dissidijs lacerari. Cogitate quam ingens malorũ pelagus occupat, inundat, obruit uniuersa, simul atq; belli seu a tēpestas, ingruerit. Abigentur armēta, proterentur segetes, trucidabuntur agricolę, exurentur uillę tot sæculis exstructę. Ciuitates florentissimę una procella subuertentur, ciuium opes ad execrandos latrones ac sicarios transferētur, mœrebunt domus, metu, luctu, querimonijs ac lamentis complebuntur omnia. Diuites ereptas deplorabunt facultates, frigescent artes opificum, pauperibus aut ieiunandum, aut ad impias artes confugiendum erit. Virginum aut nullæ, aut tristes & funestæ



## M V S I C A L E.

nestæ nuptiæ, desolata matronæ domi sterileſcent, ſilebunt leges, ridebitur humanitas, nullum habebit locum æquitas, religio ludibrio erit, ſacri & prophani nullum omnino diſcrimen, corumpetur omni uitiorum genere iuuentus, damnabunt longæuitatem ſuam luſtuoſi ſenēs. Nullus honos Muſicæ ſtudioſis. In ſumma cogitate, quod non alia uia citius ac perditius pereunt reſpub. quã bello. Ex bello paruula gloriæ portio redibit ad uos, maior militi extero & conducticio, nonnulla duci, maxima fortuna *Fortuna.* quæ cum in omni negotio, tum in bello ualet plurimũ. Cogitate inquam nullum bellum neq; tam iuſtis de cauſis ſuſcipi, neq; tam moderate geri, quod non ingens & ſclerum, & calamitatum agmen ſecum trahat, tum maximam malorum partem ad innoxios & indignos recidere. Itaq; bello ciuium opes exhauriuntur luſtu funeſtantur domus, omnia latronibus, furibus, & ſtuſpatoribus implentur. Has enim reliquias parit bellum, E conuerſo quod ferro paratum eſt ferro uiciſſim amittitur, quiq; gladio percutit gladio periturum Euangelista cominatus eſt. Quare adiuramus uos per Deos omnes, ſuperos, medios, & infimos regredimini, abſtinetes funeſtis & abominabilibus armis, ne damnabili dominandi libidine pulcherrimam totius orbis prouinciã, tumultibus & cladibus inuoluatis. Atqui ſi ita in fatiſ fuerit, ſi omnino obfirmati eſtis bello decernere, noſtrum minime arbitramur ueſtrum alicui adhærere. Partem quippe iure diſtionis noſtræ capimus à Plano Rege, partem à Menſurali, & cum utrique multum debeamus utrumq; com meatu, alijsq; ad uictum rebus neceſſarijs, quantum poterimus adiuuabimus, abſtinebimus autem armis, tantumq; ad id noſtras cogemus copias, ne in hac bellorum licentia fines imperij noſtri aliquatenus poſſint deuaſtari. dent uobis dii ut ſaniora cogitetis, ualete. Licet uero hoc reſcripſerunt, alebant nihilominus uerſipelles & uafri, quibus poterant *Toni uerſipelles.* modis Regũ diſcordias, cõcitabantq; occultis literis utriuſq; gentis animos ad pugnam, ſperantes ex eorum interfectione facilem ſibi aditum ad totius Muſicæ imperium poſſe parari, illud animo uolentes, arbores quæ multis annis creuerant una hora extirpari.

○ Apparatus

B E L L V M  
 APPARATVS TENORVM PRO  
 tuenda Iurisdictione quam habebant  
 in Musicae prouin-  
 cia.

Caput XVI.

Quatuor to-  
 ni graecorum.

Octo toni La-  
 tinorum.

Dorius.  
 Casiodorus.  
 Celius.  
 Plato.

Alexander.  
 Timotheus.  
 Dion.  
 Hypodorius.  
 Atheneus.  
 Aelius.  
 Phrigius.

Erasmus.



IE IGITUR INDICTO QVO MILITES SVI AD se conuenirent non contemnendas & ipsi copias ag- gregauerunt. Affuere in primis quatuor Toni Graeco- rum in sine cantum dijudicantes, quorum nomina haec erant. Prothus primus, Deuter secundus, Tritus tertius, & Tethardus quartus: cum Latinorum octo Tonis, qui omne quod canebatur iuxta ascensum & descensum moderabant, cognitio- nemq; cantuum in principio, medio & sine iudicabant. Vocaban- tur autem Dorius, id est, Hipodorius 2. Phrigius 3. Hiophrigius 4. Lidius 5. Hipolidius 6. Mixolidius 7. Hypomixolidius 8. omnes qui loca uicina Plani & Mensuralis incolabant. Primus pruden- tia largiter ac castitatis effector uirilis, uiros fortes delectans, rei bellicae repertor (ut Casiodorus in epistola ad Boetium, & Cali- us antiquarum lectionum lib. 5. cap. 22. & Plato lib. 3. de repub. re- ferunt) sub se modum continebat delicatorem, animos ad religio- nem inflammans, quo Alexan. Magnus ad bellum accendi olim solitus est Timotheo Musico incinente (ut Dion in comentarijs de regno refert) quare bellicosus etiam reputatus est, cuius tamen mo- rosa accurialis uagatio delectabat alios. Secundus Prognas exci- tabat & uotum furoris inflammabat, quem Atheneus modum refert esse eundem cum Aelio simplici. Aelius autem animi tem- pestates tranquillabat, sonumq; iam placatis tribuebat, tumorem- que ac fastum & submolle quiddam sub se habebat, cuius rauca grauitas capiebat alios. Tertius quia barbarus seuerior, longe q; di- uersissimus a Dorio existebat (teste Erasmo) cuius seuera ac quasi indignans insultatio alios iuuabat, in funebrisq; pompis adhibe- ri constitutus est, ut ibi spondeis constaret sub quo furor sacrus triplex

M V S I C A L E.

triplex militabat. Primus qualem poëtis immittunt Musæ. Secundus qualem uatibus immittit Apollo, Tertius quem amanti-  
 bus cupido. In cuius castris Boëtius Pythagorâ Demarati nego-  
 tiatoris filium sapientiæ amatorem, inuentione modi Phrigij bar-  
 barum adolescentem incitatum (quippe Taurominitanum uino te-  
 mulentum ira furentem, quum iam ædibus amicæ, quæ riualem ad-  
 miserat, ignem admouere tentaret tibicina iussa spondeos succi-  
 nere) ad sobriam mentem refert reuocasse. Habet enim Phrigia har-  
 monia diuinum atq; religiosum imperium. Quartus blandam ha-  
 bebat melodiam. Quintus Lydius intellectum obtusis acuebat, et  
 terreno desiderio grauat, cœlestium appetentiam inducebat bo-  
 norum operator eximius, & (ut Plato de repub. lib. 3.) flebilis &  
 fœmineus tonus, quandoq; bacchanalia furore uel licentiâ uige-  
 bat, ob quod Querulus dictus est, & tamen interea delectabat  
 præsentem, modestaq; perulãtia monebat alios. Sextus lachrymo-  
 sa uoce mulcebat alios. Septimi inimicos indignantesq; saltus ali-  
 os audire libenter certum est. Octauum placibile dicentem & quasi ma-  
 tronalem canorem diligere, alios minus dubitandum. Cæteri omnes  
 æque ualide atq; prædicti suas tenere partes parati erant. Inter quos  
 alius quidam tonus peregrinus aduenerat, nisi semel unquam uisus, et  
 usq; adeo rarus ut ne de facie quidam notus esset, quæ inter se nun-  
 tium crearunt, ut ad exteras eum relegarent nationes. Tonus ad-  
 iunxere finales literæ cantuum terminatiuæ, in quibus omnis cantus  
 regularis & non transpositus terminari habebat, quarum quatu-  
 or erant D. E. F. G. ubi toni fines suos imponebant, ut hoc  
 pacto ciuilia bella declinarent, ad illosq; transfugerent. Diuise-  
 runt ergo se in duas turmas, Autenticorum scilicet, & Plagatum  
 tonorum, autentici clamosi suos ambitus circa altiores monti-  
 um partes continebant, illicq; ut plurimum uersabantur. Tonus ue-  
 ro plagales obliqui & humiles, cum essent istis inferiores imas par-  
 tes occludebant, ubi dum hinc inde uersarentur discutendo  
 tanta uulnera, plagas, atque damna in cruribus sustinuerunt  
 & passi sunt, ut amplius ad altiores transcendere regiones non  
 ualuerunt quam ad quintam, sicq; raro uel difficulter ad sextam  
 peruenerunt. Descendere uero ad diapentem, & quotiescunq; libe-

*Furor sacrus*  
*triplex.*  
*Boetius de Pi-*  
*thagora.*  
*Adolescens*  
*Taurominita-*  
*nus.*  
*Phrigia har-*  
*monia.*  
*Hipophrigius.*  
*Lidius.*  
*Plato.*  
*Hipolidius.*  
*Mixolidius.*  
*Hipomipoli-*  
*dius.*  
*Tonus pere-*  
*grinus.*  
*Literæ finales*  
*Tonorum di-*  
*uisio.*  
*Toni autenti-*  
*Toni plagales*

# B E L L V M

- Toni mixti.** bat, etiam sine inuria cadere & saltus committere licebat, aduene-  
re tandem Toni omnium horarum mixti, quos multi errores &  
ineptiæ comitabantur, inseruientes utriq; prædictorum. Isti ad to-  
nos ascendebant authentos, rursusq; ab eis ad Tonos descende-  
bant plagales, ne si forte alter amborū opprimeretur, cōfestim in  
subsidium essent. Circunflexus semper acuto extitit contrarius.  
Cumq; istis omnibus erant transpositiones, repercussiones simul  
& intonationes. Sed alij toni qui non ut authentici ascendebant,  
neq; lege plagalium deprimebantur, naturales & liberi nullius  
uel turmis, uel copijs subiecti esse uoluerunt, domiq; remanse-  
runt. Quibus sic dispositis, quo se utriq; parti gratos toni exhibe-  
rent, destinarunt utriq; regum munera pretij non eximij. Et pri-  
mum Planorum Regi miserunt infra scripta Monochordum, Ly-  
ram, Tympanum, Cymbalum dodoneum, æqualitates & notan-  
di necessitates, pro pedamento exercitus. Delegarunt etiam plau-  
stra centum quinquaginta Psalmorum maiorū & minorū, cum  
Antiphonis, Diaplasmata numero 75. cātica graduū, quindecim  
cum introitibus Missarum, Prophetijs, Lectionibus, Collectis, Hi-  
storijs, Hymnis & canticis sexcenta. Camelos etiam mille, uersu-  
um, Versiculorum, Respōsiorum & Gradualium. Mensurali  
autem Regi destinauerunt Tropum, qui propriam & ad æqua-  
tam cuiuslibet toni melodiam reddebat. Repercussionem etiam  
miserunt cum interuallis suis, & tandem per flumen Mutationis  
transmiserunt decem onerarias naues figuratarum notarum, &  
totidem ligaturarum, multaq; alia genera fantasiarū, sonorumq;  
&c. Tonorum alter tubicen fuit antigenidas omnis uoculæ mel-  
leus modulador, & isdem omnimodis peritus modificator, ita ut  
cantare credas Pegaseū melos. De melodijs dati sunt etiā qui cui-  
libet Regum tubicinum exerceret officium, edocti quippe erant.
- Monodia.** *Aere ciere uiros, Martemq; accendere cantu.*  
Monodiam ergo siticinem qua apud sitos, id est, uita functos  
& sepultos canere soliti erant Planorum Regi censere, & neniā  
id est lugubrem cantum qui in defunctorum funeribus fieret à  
præfica (nam cæteris flentibus sola præfica canere conductā erat  
ad lamentabilem cantum, qui daret cæteris modum plangendi,  
quasi
- Tonus circun-  
flexus.**
- Ton. neutra-  
les.**
- Munera Re-  
gi Plano missa**
- Munera Re-  
gi Mensurali  
missa.**
- Antigenidas  
tubicen.**
- Nenia.**

# M V S I C A L E.

quasi in hoc ipsum præfecta) Melodem & melicum uero dulcia *Melos & me-*  
carmina cantantes (de quibus Sidonius ait, Proculus melodes in- *licius cantus.*  
sonare pulsibus) Mensurales retinere.

Quibus peractis inter proprios confines cum legionibus suis  
se continebant, ambientes circuitus & spacia per ascensum de-  
cem linearum & uocum ibidem expectantes, quo nam inclina-  
ret fortuna.

## CONQVAESTIO ET LAMEN-

tatio nationum, populorumq; Musicalium  
super bello quod imminere in-  
ter Reges præsen-  
tiunt.

### Caput XVII.



SEQVEBANTVR VTROSQVE EXERCITVS *Mulierculæ*  
& castra, mulierculæ quædam mimæ uarijs affecti- *mimæ.*  
bus militum mentes afficientes, earum quædam fle-  
bant & lamentabantur Musicæ communem stra- *Harmonia*  
gem quam imminere prospiciebant, qualis fuit harmonia, Theo- *Theorica.*  
rica natio inspectiua, cum pluribus alijs inter Planos existi-  
bus. Aliæ indignabantur & carpebant Regum discordias, uideli-  
cet concordantiæ Mensurales, Instrumentales & Organicæ na-  
tiones. Pleræq; admirabantur inter tam conuictas personas ea or- *Musæ.*  
ta esse dissidia, scilicet Musæ naturales, Vsuales, Rythmicæ, Metri-  
cæ, & Poëticæ, uerum quædam ob mentis leuitatem gaudebant,  
hortabanturq; milites ad prælium, utpote Satyricæ, Tragidicæ  
cum comœdijs. Vidisses Italorum partes qui Ianuensium littora *Itali Ianuen-*  
inhabitabant Caprisarier. Cæteros scilicet Hispanos ut canes la- *ses.*  
trantes oblatrare, Germanos uero (quod pudet dicere) ranarum, *Hispani,*  
boum q; more, utq; lupos ululantes, boatibus, mugitibusq; utrum *Germani.*  
que Regem placari arbitrantur uociferarier. Angli uero (ut est na *Angli.*  
tio ad bellum prona, præ læticia euentui congratulantes baiula-  
bant,

# B E L L V M

**Galli.** bant, Galli quoq; ( ut semper pugnacissimi extitere) sperantes sic utroq; Rege oppresso, clanculum alterius res in suas facultates transportatum iri cantabant. **Saxones.** & qui Beltica littora acco- lunt, asinorum more clamabant surdum Deum habere se existi- mantes, uel quia in Austro cœlos conscendit. **Boreales & Australes.** Boreales quoq; & Australes ob distantiam ipsum Deum æqualiter audire nō posse autumantes, altius inuocabant cantum, plus æquo instabiliter sursum trahentes. Quid multa dicam canes commoti ibidem la- trabant, lupi ululabant, boues mugiebant, ranæ clamosæ coacci- zabant, rugiebant leones, asini boabant, & equi hinniebant, ut Sophocles r. refert.

**Animalia bruta.** Vox clamoris à porta piscium audiebatur, picæ gartiebant.

**Philomela.** *Hymnidicum de fronde melos philomela canebat,  
Ludet & in dumis non flebile carmen Achantis.*

Philomelæ canebant, oleres cincinebant, anseres contra stre- pebant.

*Strymonicæq; grues, clangebant sub nubibus altis.*

**Luscinia.** Quo tempore corui præ nimio clamore raucedinem etiam contraxerunt. Inter omnes uero prædictas aues nulla æque cano- ra extitit, atq; Luscinia (ut inquit Plinius secundo naturalis histo- riæ lib.) Primum tanta uox tam paruo in corpusculo, tam perti- nax spiritus, deinde in una & quasi perfecta Musicæ scientiæ dici possit, modulatus ædebat sonus, nunc inquam continuo spiri- tu trahebatur in longum, nunc uariabatur inflexo, nunc distin- guebat, conciso copulabatur, intorto promittebatur, reuocaba- tur, infuscabatur, ex opinato interdū & secum ipsa murmurabat. Plenus sæpe grauis, acutus, creber, extensusq; sonus erat, ubi uide- batur, uibrans, summus, medius, imus, breuiterq; omnia tam par- uulis ex faucibus proferebat, quæ tot exquisitis tiliarum tormen- tis ars hominum excogitauit.

**Mare.** *Sic mare uelliuolum, sic fontes, flumina & Euri.  
Murmur agunt, gracilemq; sonum, dulcesq; susurros.  
Dant ubi lymphæ strepit per saxa sonantia dulcis.*

**Syrene.** *Sic quoq; syrenæ depromunt pectore cantus.  
Et fauni satyriq; uagi tornare camœnas.*

Concom

# M V S I C A L E .

*Cantabant uolucres et apes, raucaeque cicadae.*

*Alis musca sonat.*

*Omnigenumque pecus terrae atque animantia cuncta.*

Hec omnia omnes agebant ut sedarent utriusque Regis commo-  
tos animos, nihil tamen profecerunt quo minus res inceptas utri-  
usque Regis gentes & populi cum militibus persequerentur.

## LITERAE REGVM IN- dicentes bellum.

### Caput XVIII.



**P**AETERVM OMNIBVS AD PVGNAM IN-  
structis, uisum est Planorum Regi quo ciuiles cla-  
des, quantum in se esset declinare uideretur, honesta-  
retque aliquo modo factum suum huiusmodi Regi Men-  
suralium epistolas scribere. Intelligere potuisti o figurate quam  
paratus, quam robustus tecum certaturus in campum descen-  
derim. Nec ignarus es eas tibi minime esse uires, ut legionum  
meorum impetum possis expectare. Tuis prudenter consules  
rebus, si mihi cedens tuis te continueris terminis. Quod si  
insanite pergas, stat que sententia ferro decernendi: Die tertia  
omnibus copijs tecum congressurus in campum descendam.  
Has literas cum Mensuralium Regi dedissent tubicines, Mono-  
dia & Nenia ex consiliariorum suorum sententia ita & ipse respondit.

*Literae Regis  
Plani ad Men-  
suralium.*

Semper tibi uerborum est plus satis o Plane, nec no-  
num est quod clamore tuo audientium aures obtundas. Iactas  
tu pugnaces exercitus & tuos terribiles apparatus, quasi nos pu-  
miliones locustasue nobiscum habeamus. Possessio tua parua  
est, semperque fuit in compositione: & nunc eo te impulit tua in-  
saniam, ut effugere nequeas quin male parata, peius gesta, pessime  
retenta hac tua regni portione eijciare, & ut scias quanti  
non tam ipse quam milites mei minas tuas faciamus, Tu-  
bicides

*Literae Regis  
Mensuralis  
ad Planum.*

# B E L L V M

bicines nostri Melos & Melicus nomine nostro nudatas tibi lumbos porrigent. Si ut uelim ualeas, extremum ualeas. Huiusmodi literis irritatis utrinque animis futuri praelij diem ardentissime cuncti expectabant (abunde enim praelio bellicosi Reges oportuna praepraauerant) nihil expectantes aliud quam ut ex praecleara aliqua re belli exordia atque initia ordirentur.

## EXORDIUM BELLII INTER utriusque Regis populos & plebes.

### Caput XIX.

*Legati.*



*Stipendium.*

*Nuntij.*

*Ciuitates.*

*Latrunculi.*

*Annona.*

*Duces.*

CCIDIT, ERGO VT EX MAIORIBVS INFERIORIBUSQUE oppidis totius Musicae tres furto interciperentur à Planorum Rege legati, uidelicet. Ut. re. mi. nam in eum diem urbes omnes utriusque Regi suum stipendium exuoluebant, nullam uni magis quam alteri de caetero seruitutem seruientes. Quod audiens Rex Mensuralis eisdem artibus tres alios nuncios retinuit, scilicet, fa. sol. la. Reliquae ciuitates cautius inuigilantes sua seruata libertate, utrisque se communes exhibuere, utpote a la mi re. b fa. H mi. c. sol fa ut. d la sol re. e la mi. f fa ut. & g sol re ut, ex quibus omnes Musicae neruos constare certissimum erat. Creuerat interea ex temporum occasione (ut fit) fascinosorum licentia, exierantque latrunculorum non spernandae manus quae omnem prouinciam Musicae, & praesertim loca montibus saltibusque praepedita, quae transeuntibus angustum iter praebere consueuere obsidentes uiatores, aut alias in utraque castra commeatum ferentes depredabantur. Quapropter crescente indies apud utrumque exercitum annonae inopia, intellecta eius rei causa de utriusque Regis consensu, missi sunt Duces quidam peritissimi cum militum oportuna manu, ut uel captos latrones interficerent, uel fugatos omni Musicae solo procul expellerent. Qui ad ea peruenientes loca circundato militibus quodam saltu, in quo ple-

rosque



M V S I C A L E.

rosq; ex eis latere competerant, omnes ad unum intercæpere. Inter quos fuit quidam organista arcis Pragensis (teste Ornithoparcho) conductitius, qui quum nec perfectum tempus ab imperfecto discernere posset, se & Musicam scribere reconditissimam uulgo coram dicere ausit, & Franchinum celeberrimum Musicæ Mathematicæ scriptorem, quem nec à limine salutauerat unquam, mordere & uilipendere, nec lectu quidem dignum iudicare non erubescibat. Et cum cæteros quidem necassent, cum laqueo hunc solum uinctum cum suo asino, quo cum onusto ineptijs in Germania agebat, in castra duxere. nunc lupus in laqueos incidit, neq; amplius facinus tam callidum, tam prauum, tam nepharium, deinceps committere ausus est. Qui tormentis coactus (quod alioqui manifestissimum erat) confessus est se omnia quæ scripserat & collegerat in Musicæ solo atq; terris surripuisse. Cum uero eum quis de compositione interrogasset, ingenuèq; respondisset se in Musicæ arte non uersatum esse, ex usu autem parum scire. Quid ergo inquirunt iudices Musicum præfers, cum eam non intelligas? Ad quæ ille. Tantum apud nostrum plerosq; ualet usus, tantaq; apud eosdem & Musicæ imperitia, ut etiam si de ea quid discipulum facile illis persuadeam, me & Planæ Musicæ, & Mensuralis angulos omnes penetrasse. Risere uehementius astantes cuncti hoc audito. Et me Hercle aiunt, quando tam faciles auditores habes, quæ tua sunt, aut quorum alias domini non comparebunt tecum, ad illos ferens ibis incolumis: quæ uero certum dominum habere dignoscuntur, ea ut restituas dignum iudicamus. Facta igitur diligenti inquisitione, omnia ferme uetustis scriptoribus Musicis (quorum fuerant) restituere, cætera figuratiuis Musicis, & ipsa quæ Marcidis Mucidisq; permista erant, ut asportaret permittentes illum, dimisere cū suo asino iam leuius incedente, iubentes nihilominus ne unquam nisi inter imperitos & indoctos auditores suos Musicum se profiteri audeat. Similiter de quodam Marcolpho euenit, quem quum Mensuralium Prætor militaris suspensum uellet, quia non compererat artificij quicquam in illo (ut moris est Brabantinis) ille uero se organistam profiteretur, tandem in templum proximioris oppidi ad pulsanda Organa deductus est,

*Organista Pragensis.*

*Ornithoparchus.*

*Franchinus.*

*Marcolphus.*

P ut ibi

## B E L L V M

ut ibidem experiretur prætor num uera protulisset Marcolphus. Vbi postquam constitutus est ut Organis luderet, compertum est illum Musicę harmonicę prorsus ignatum esse. Quem cum indignabundus ( quia delusus erat ) clientibus educere ad patibulum iussisset Prætor, ut suspenderetur in eo Marcolphus. Respondit reus. An ignoras Prætor hic in terra sancta me liberum esse, neque prophananda esse templa diuorum. Abi dum lubet, nondum enim hinc discedere constitui. Qui cum templi libertate eum frustrare non ausus esset Prætor, eundem missum fecit atq; reliquit, sicq; incolumis Marcolphus organorum beneficio uascer uasit. Postea quidam Organista Bretensis inter uulgares Euangelij doctores Argentoratenses sybaritica mensa, genualiq; & lauto exceptus conuiuio, dum ab illis reprehenditur quod organis infra sacrificium latinorum presbyterorū ( quod uocant ) ad Missam lusisset, cum tamen sciret suę religioni repugnare, eumq; nepili quidem existimandum quam plurimi culparent propter inconstantiam, facete respondit communi prouerbio, iactitari ad euidens mendacium ab alicuius ore prolatum redarguendum, astantes sibilare solitos, quos ipse imitatus etiam ad Missam fistulauerit, neq; in aliquo errasse sibi uidebatur, quum passim mendacius refertam esse Missam ab ipsis doctoribus prædicaretur. Quare si in hac re peccatum commisisset ueniam deprecabatur. Cui concessa est, sicq; dimissus ad organa letus redijt, ubi Deo gratias egit.

*Iosquinus* etiam uir præstantissimus & in omni Musica apprimè honoratus, quum ægreferens ciuilibus bellis Musicae prouinciam deuastari, seditiones sedaturus in castra festinus pergeret à latronibus, & sicarijs arcis Pragensis prædicti organistæ cõmilitonibus captus, spoliatus, ac fustibus pulsatus, tale in capite uulnus accepit, ut uix medicorum studio curari potuerit, in cuius diluēdis uulneribus Gorgonei fontis defluuia nec chironia manus uix suffecerint. Detecta est interim in castris Mensuralium grandis proditio. Coniurauerant enim quidam nigri monstrosi milites ex ciuitatum supremarum manipularibus, quibus bina erant capita. Aa la mire, scilicet & bb fa H H mi, moliebanturq; insidias Regi Mensurali, qui quidem capti, conuinctiq; damnati sunt per duellionis

*Organista Bretensis.*

*Iosquinus.*

*Proditio.*

# M V S I C A L E

duellionis siue crimine læsæ maiestatis, uerum intercedentibus  
 cæteris ciuitatibus, mortis periculum passi non sunt, quamuis ex  
 mandato Regis alterum illis caput abscidi iussum sit, ut apud  
 omnes pro proditoribus haberentur, notiq; essent. Hoc tandem  
 modo propterq; delictum quod inferiores supremiq; ciues per-  
 petrarant Musis aperta sunt ianua, quo fit ut ulterius etiam ultra  
 disdiapason Mensuralibus (si libet) modo progredi liceat. Et  
 dem enim diebus ab leuis armaturæ Mensuralibus militibus in  
 castra complures ex Planorum legionarijs non leuis inter suos  
 authoritatis adducti sunt captiui, inter quos & grauium capitali-  
 umq; ciuitatum populis fuere, r ut. A ce. H mi. quibus ignominia  
 causa anteriores uestium partes præsciendi iussit Mensuralium  
 Rex, ita ut nudos testes uirilitatis conspicuos gererent & dimitti,  
 uocatiq; sunt in posterum ut, re, mi. Quos autem ex ciuitatibus su-  
 perioribus captos habebant, posteriores nates denudatas offen-  
 tare compulerunt, uidelicet pro cc sol fa ut. dd la sol re. ee lami. re-  
 tinentes solummodo cc sol fa. dd la sol. eela. dissonos uero cum  
 discordantijs sub manipulari Asymphonia militantes necari ius-  
 sit, quorum bona per rectam lineam legitimi descendentes, ut  
 pote soni, uoces, concordantię, consonantię, cæteraq; ab eis pro-  
 uenientes, subq; Symphonia militantes accepere, ex thesaurarijs  
 item numeros, Arithmeticos cū numeris Platonicis obscuris se-  
 cum deduxerunt, qui ut inde se redimerent ingentem pecunia-  
 rum summam exoluerunt, enumeratunq; pro tributis notarum  
 figuratarum ualores. Notæ uero principales figuratæ, maxima,  
 longa, breuis, & semibreuis in tali discrimine constitutæ, cum se  
 magistri Pasquilli statua quæ Romæ in parione sub ædibus re-  
 uerendissimi Cardinalis Neopolitani grandem cereum in

*Musis aperta  
ianua.*

*Legionarij.*

*Dissoni.*

*Theaurarij.*

tempore imperfecto oblaturas uoto obligassent

eius sancti meritis præter omnium opi-

nionem incolumes

euasere.

P e Dedam

B E L L V M  
DE DAMNIS QVIBVSDAM  
Mensuralium Ducibus à Planorum  
cohortibus illatis.

Caput X X.

*Homiola.*



VM HAEC AGERENTVR EGRESSI EX PLA-  
norum castris quidam ex genere cantuum uidelicet, b.  
orbicularis & H quadratum cum tribus cohortibus,  
unum ex Mensuralium Ducibus, Homiola dictum in-  
tercæpere qui de genere erat notarum figuratarum, qui tres notas  
pro duabus continebat, latebatq; cum manipularibus suis in qua  
dam spelunca, in biuio proportionum sesquialteræ positus, cum  
numeris & punctis, ipsumq; cum omnibus amicis suis singulari-  
bus, tantis affecerunt uerberibus, tactis & ictibus baculorum non  
leuium, ut abfuerit paululum quin inde mortem omnes oppetie-  
rint, exindeq; tantam tabem atq; nigredinem contraxerunt, ut ab  
illo die pro ipsa nigredine eorum corpora ostententur atq; appa-  
reant. Quodq; horrendum magis est, omnibus (ne ullo amplius  
modo hostem intuentes inuadere possent) utrumq; euulserunt  
oculum. Vnde cæci facti luminisq; capti, oculos habebant & non  
uidebunt amplius, propter imperfectas quantitates ipsis acci-  
dentes, &c.

*Exemplum  
Homiolæ.*



Tenor homiolæ.




Basis homiolæ.

No

## M V S I C A L E.

Non multo post quidam Canon nomine, qui se utriusq; Regis copijs explorandi causa iungebat, fugam faciendo captus est, non ille regularis à quo Canonici regulares esse deberent, sed hic qui secretas uoces in unius partis cantilena latentes argute reuelabat, non positam cantilenæ partem imaginans inde elicere, exposita q; omnia subtiliter, breuiter ac tentationis gratia uersipellis, proponebat quandoq; per epidiapason, id est, per octauam supra incipiendo post aliquot pausas subtili .). uel tali .; signo fugam canere. Interdum etiam per subdiapason, id est, per octauam inferius cantandam. Aliquando per Epidiapenten, id est, per quintam supra. Alia uice per subdiapentem, id est per quintam inferius. Itē per Epidiatessaron, id est, per quartam supra, & tandem per subdiatessaron, id est, per quartam inferius incipendam, ut exemplum sequens patefacit.

Canon.  
Canonici.



Quem quæstionibus, imaginationibusq; omnia furta fateri coactum secum, interim deliberaturi de eo quid faciendum censerent deduxerint. Echo autem Nympha superueniens cum multagarrula in eos diblateraret, eorumq; atrociam improbaret, sonosq; & uoce repercuteret, atq; plangentibus Dryadibus sylvarum Nymphis in nemoribus assonaret (ut ait Ouidius 3. Metamorph.) abscissa linguæ extrema particula, perfidiæq; nota accusata in uetustissimum carcerem est relegata, ubi per locorum concauitates balbutiens saltem resonare potest. Cui (ut ibidem habetur) solum uox & ossa restiterunt, ossaq; lapidis traxere figuram, neq; amplius est uagandi liberrimus campus, sed obiecta reflectitur. Eiusq; filia eo audito aliæ ad nemora, aliæ ad aquas, aliæ ad

Echo.

Ouidius.

Filia Echo.

# B E L L V M

Fortuna.

ualles & concauitates alia alio confugientes ut saluaferentur, nunquam inde egredi potuerunt, neque amplius audita sunt, nisi quando quis eas à longe uocatas, citatasque ad respondendum compellit. Quod cum Menfuralium Regi nunciatum fuisset, iratus est uehementer, quod tales duces amisisset. Erant quippe hi fortitudine insignes, audacia celebres, & militaris rei peritia nulli secundi. Obseruabat igitur omni studio si quo pacto acceptum damnum bene cumulatam hostibus posset retribuere. Verum fortuna (non enim longas habet manus, neminemque nisi sibi hærentem possidet) quæ cum omnibus in rebus plurimum potest, tamen in bello plane dominatur, optimam læsis uindictæ præbuit occasionem.

## DIES PVGNÆ.

### Caput XXI.

Pallium rubrum.



AD VENIENTE DE MV M PVGNÆ DIE VTERQUE Rex in eminentiore castrorum loco pallium rubrum poni iussit, quo milites admoniti futuri prælii curarent corpora, præpararentque arma, ac reliqua in id operis necessaria. Postridie summo mane prancis militibus ex omni parte, copiæ summo silentio in campum deductæ sunt, explicatisque ordinibus suos quisque ut uiriliter agerent efficaci oratione excitabat, minime uero opus erat accensos per se satis accendere, quin ipsi ultro crispantes tela furibundi, iucundi prælii signum expectabant. Postquam id actum est, tubæ utrinque canunt ductiles ex ære, lignæ, cornæque clangore concinnebant. Cornicines cornu, liticinesque lituo (quæ tuba est incurua à sono dicta) canebant (unde Iuuenalis.)

*Et Phrygia uestitur bucca tiara.*

Tot pelues, tot tympana, tot tintinabula, totque psalteria & instrumenta barbitonica pletris & calamis pulsantur.

*Resonantque monaulica tibia simplex.*

*Sistrumque*

# M V S I C A L E

*Sistrum cornuq; recuruum.*

Buccina, testudo, aduncum cornu quoq; lyra, & chelis, testudo, ex qua Mercurius primam cytharam fecit, consumpta iam carne, sed superstibus neruis sonare non cessat: magnoq; cum munitu fullo scarabeus circumuolitat, simul cum thabano alias asylo (de quo Vergilius dicit.)

*Asper acerba sonans, quo tota exterrita syluis.*

*Diffugiunt armenta.*

Apes noctu quamuis quieuisent in aurora, tamen una omnes postea duplici aut triplici bombo, quasi tuba aut cornu aliquo excitabant, tunc demum cateruatim prouolabant bombarizantes. Cumq; ad uesperascebat minus ac minus in alueo obstrepebant, donec una circumuolabat eodē quo excitauerat bombo, & prouocauerat quasi somnū indicens, instar castrorū quo tunc omnes repente silebāt audito (uerū nocte grylli stridebāt) sed maxime plausu actinnitu aeris gaudebant & citius ad praelium euocabātur. Ibi consonat terra, clamorē utrinq; efferunt milites, resonant undiq; Musicorum instrumenta, Imperatores ab utraq; parte hinc & illinc Ioui uota suscipere, superis impari numero inferis pari sacrificantes. Oblationemq; suam & panes & incensum odoris suauissimi offerentes per tempora. Hortabantur exercitum, pro se quisque id quod quisque ualet & potest, edit. Per quatuor partes euntes ibant & non reuertebantur cum ambularent. Postremo acies in plures ordines distributa est, in qua miles Centurioni, Ceturio Tribuno, Tribunus legato, Legatus Cōsuli obediebat, Ordo itaq; sexagenos siue sextenos milites, duos Centuriones, Vexillarium unum habebat. Leues autem qui hastam gessaq; gererent, uocabantur. Hęc prima frons in acie florem iuuenū pubescentium ad militiam habebat robustior, inde ætas totidem manipulorū agmen antepilanos appellabant, quia sub signis iam alijs quindecim ordines locabant, ex quibus ordo unusquisq; tres partes habebat. Eorum unumquemq; primū pilum uocabant, tribus ex uexillis cōstabat, uexillum centum octoginta tres, ut alijs sex homines erant, quos primipilares milites qui pilis pugnarent comitabant. Primū ergo uexillū cōponistas Musicos ueteranos specta-

Testudo.

Fullo.

Scarabeus.

Thabanus.

Asylus.

Apes.

Grylli.

Vota.

Numeri 28.

Ezech. 1.

Ordo militie.

Leues hastati.

Antepilani.

Primipilares.

Primum uexillum.

taq;

# B E L L V M

*Secundum.* tæq̃ uirtutis milites. Secundum instrumentales Musicos minoris roboris, ætate factos tamen, sub se habebat. Tertium accensos minime fiducia manum eo & in postremam aciem reijciebat.

*Tertium.*

*Ordines exercitus.* Vbi his ordinibus exercitus instructus esset. Hastati omnium primi pugnam inibant. Si hastati profligare hostem non possent, pede presso eos retrocedentes in interualla ordinum principes recipiebant. Tum Principum pugna erat, quos hastati sequebantur

*Hastati.*

*Principes.*

*Musici figuratiui.* Musici figuratiui qui sub uexillis confidebant sinistro crure porrecto, scuta innixa humeris, & hastas sub recta cuspide in terram fixas (ut haud secus quam uallo septa inhæretet acies) tenentes.

*Alæ ordinum.* Si apud Principes quoq̃ haud satis esset pugnatum à prima acie sensim ad Musicos referebantur, qui alas ordinum munibant. Musici consurgentes ubi in interualla ordinum suorum Principes & hastatos recepissent extemplo, compressis ordinibus uelut claudebant uias, unoq̃ continente agmine iam nulla spe post relicta in hostem incidebant intrepide. Id erat formidolosissimum hosti cum uelut uictos insecuti nouam repente aciem exurgentem numero auctam cernebant. Ferro ferunt omnes, tela frangunt, boāt cœlum fremitu uirum, & spiritu atq̃ anhelitu nebula constat, cadunt uulnerum ui & uirium utrinq̃ multi. Videre erat inter cæteros organædos, instrumentorumq̃ gubernatores, digitorum, discapédinationibus, & clauium articulationibus (armati namq̃ manibus, pedibusq̃ & capite certabant) in copias Regis Planorum multo furore concitatos inuehi (opprobriorum memores quæ Planus de eis in Regem Mensuralium iniecerat) quibus acriter feriebant aduersarios. Illi uero audacter resistebant, reppercutiebantq̃ præcipue Organistas cum omnibus Musicis clauibus, literis & syllabis, constringebantq̃ eorum numeros & tabulaturas, in quorum subsidium uetula quædam mulierculæ & uiragines aduolauere, quæ de balistis suis loco telorum (in templis ubi orantes diu sedere consueuerant) uentris crepitus admodum male olentes ad Organistarum in Organis sedentiũ nares emittebant (pendebant namq̃ in excelso Organa) ubi sedentes fumos infectos, qui ad altiora tendebant effugere non poterant, ita ut parum abfuerit quin iisdem ad nares aduolantibus protinus suffocati

*Agmen.*

*Noua acies.*

*Pugna.*

*Organistæ.*

*Vetula muliercule.*

suffocati



M V S I C A L E.

suffocati fuerint. Ex quibus Planorum mulierculis ( de uirginibus  
 loquor) una & eadem Abatissa cum suis monialibus, cognomine *Abbatissa b*  
 b mollaris, singulari utens audacia figuratiuorum duorum (quo *mollaris.*  
 rum munus erat organorum pedibus comprimere folles, uel ma *Sufflator uel*  
 nibus leuare eosdem) qui in organistarum duorum suorum sub *compressor*  
 sidium uenerant, quum in eam sese uí irruentium impetum diu *follium orga =*  
 sustinuisset, neq; amplius (fatigata) resistere potuisset, multis spo *norum.*  
 liata fuit uocibus naturalibus, adeo ut nec respirare, quia anhelu *tu*  
 tu carebat, uix posset, ita namq; eius uentrem (ut præmunt fol *les)*  
 les) compresserant, suisq; telis b fa mi attigerant, ut & etiam ibi *b fa & H mi.*  
 dem uirginitate sua frustrata fuerit. Remansere secum ex omni *bus*  
 bus monialibus suis ( quæ quidem non minus uitiatæ fuerunt ) *Moniales.*  
 omnes quæ ex genere b fa erant. Sed quæ ex genere H mi erant  
 uirgines adhuc inuiolatę famulari amplius recusarunt, fugeruntq;  
 ad H durales, & naturales relligiosas uirgines quibus dehinc sub *H durales &*  
 iectæ fuerunt. Cæteræ omnes præter fictas, hostium gladijs ceci *naturales uir =*  
 dere, &c. Feles & cati, muricipes, oues, cæteraq; animalia, ex quo *gines fictæ.*  
 rum intestinis suas cytharœdi, testudinarij, fidicines & lyrici, eo *Feles & oues.*  
 rumq; similes chordas instrumentorum confecerant, quam plu *Chordæ instru*  
 rimos altero, cæteros utroq; oculo ( nisi si qui periculum euasere ) *mentorū.*  
 priuarunt, in illos enim unguibus pedibusq; usq; adeo inueheban *Ratio quare*  
 tur, ut pene cum oculis facies dilaniauerint. Hinc factum est ut ad *instrumenta =*  
 huc hodie multi se conspicuos præbeant cytharœdos, testudina *rij cordarum*  
 rios, lyricosq; ( quorum maior pars est ) cæcos uel luscos, toruoq; *ceci & luscii*  
 alios intuentes aspectu, quod miseratione dignum esse nemo in *plerumq; effi =*  
 ficias ibit. Quin institutor chorearum saltandarum ad cytha *ciantur.*  
 ram Stesichorus poëta, excellens que Lyticus antea Thisias di *Stesichorus.*  
 ctus, quia Helenam carmine uituperauerat, oculis orbarus fuit,  
 quod intelligens ille præstantissimus Achilles, laudatissimusq; *Achilles.*  
 Græcorum heros ( quem Homerus clarorum Principum laudes  
 ad cytharam decantasse refert) condoluit, iussus itaq; Stesichorus  
 ( Helena nunciante cæcitatís causam ) protinus palinodiam ceci *nit,*  
 nit, id est diuersum cantum quam prius dixerat cecinit, atque in  
 contrariam uertit sententiam, Helenamq; prius uituperatam lau *Helena.*  
 dauit carmine, & miraculose uisum recepit, sicq; conualuit. Huic *Palinodia.*

Q infanti

# B E L L V M

*Luscinia.* infanti in ore luscinia cecinit mirabili auspicio, eum summum  
*Ardor in prælium.* poetam futurum, & cantus suauitate omnes qui ante se fuerant  
 superaturum significauit. Pugnantis hoc pacto utrinque legioni-  
 bus atque adeo simul permittis, ut uix hostes à focis possent  
 discernere, tantus fuit omnium in prælium ardor, tanta ani-  
 morum intentio, ut cum eadem hora terribilis terræ motus in ea  
 prouincia uicinas urbes prostrauerit, amnes cursu rapidissimo  
 auerterit, mare fluminibus inuexerit, montes lapsu ingenti pro-  
*Psalm. 17.* ruerit (commota est enim & contremuit terra, fundamenta mon-  
 tium conturbata sunt & commota sunt) nullus tamen eorum  
 id senserit. Eant nunc qui fabulas censent, hoc idem accidisse  
*Prælium pœ-  
norum cum  
Romanis.  
Cottona ciui-  
tas.  
Lucianus.* eo prælio quo Romanos apud Thrasymenum Pœni maxima  
 ac memorabili illa clade affecerunt, nec fidem facit Cottona  
 ciuitas, quæ (teste Luciano in libro de ueris narrationibus)  
 cum prius in Thrasymeni litore sita esset, eadem hora uento  
 rum turbine in eum collem, in quo nunc est translata, dignosci  
 tur hoc nouissimo exemplo, maximum sibi certe ueritatis testi-  
 monium accessisse, Lucianus gloriari poterit. Obscurabat ut sol  
 multitudine numeratarum sagittarum, parium & imparium,  
 obtundebantque aures omnium clamoribus, figuratarum nota-  
 rum principalium & minus principalium, uulnerabantur innum-  
 meri iaculis signorum intrinsecorum, tum principalium tum mi-  
 nus principalium. Sed & tubicines utriusque partis clangore rauco  
 & terribili rarratantara concinentes (de coruis taceo hiantibus,  
 qui præ nimio pariter clamore raucedinem contraxerant) mili-  
 tum animos mirum in modum incēdebant. Et (ut Ausonius ait)  
*Ausonius.* nec Dodonei cessat tynnitus aheni. Inque nemore Dodone ciuitati  
*Quercus uo-  
cales.* Epeiri propinquo Ioui sacro, quercus uocales uociferabantur.  
*Pacu.* Pacu: clamoreque & sonitu colles resonantes boabant, Vergilius.  
*Vergilius.* Reboant syluæque & magnus olympus.  
*Asini.* Ibi rugiebant asini sonitu rauco admodum & terribili, uocesque  
*Galli gallina-  
sei.* ut buccinas emittebant tremebundas, nec deerant galli quoque  
 gallinacei, uigiles nocturni, qui milites in custodia excitabant,  
 Idem Satyra 6.

*Et phrygia uestitur bucca tiara.*

rampebantque

## M V S I C A L E.

sumpebantq̄ somnia, habentes nihilominus ad defensionem  
 affixa calcaria, quibus inimicos insultare possent (quæ natura  
 ad hunc usum affixerat) Corui itaque inuadebant lusciniâs,  
 lusciniâ contra assiduo cantu resistebant, anser obstrepabat ole-  
 ricano, cui inuisæ repugnabant Musæ sorores omnium aui-  
 um canorum alim. Philomela lugendo canebat, & quæ  
 muta fuit garrula cantat auis, cantabat iniuriam quam paulo  
 ante exprimere non poterat. Singulis etiam suus cantus erat,  
 & non idem omnibus, sed cuique suus, certabant que inter se pa-  
 lam animosa contentione, uicta morte sæpe uitam finibant, spi-  
 ritu potius deficiente quam cantu. Hic aderant mulierculæ mi-  
 mæ, b mollares & h durales, fa & mi, pugnantium ordines cir-  
 cumeuntes, cunctaq̄ suis affectibus perturbantes, ex quibus qui-  
 dem frequentius gementes illæ b fa h mientes audiebantur, Iu-  
 uenalis Satyra 6. Tot pariter pelues & tyntinabula dicas pulsari.  
 Quid tandem atrox magis quam longum fuit prælium illud:  
 & nisi coorta illa subita tempestate ingens superueniens aqua-  
 rum uis, pugnam diremisset, actum sane fuisset de uniuersis Mu-  
 sicæ uiribus, tanta namq̄ erat omnium in mutuam pernitiem ra-  
 bies, ut ingruente imbre ac signo receptui dato, uix tamen atque  
 ægre, in castra reduci potuerint.

*Corui lusciniâs*

*Anser olerem.*

*Musæ.*

*Philomela.*

*Plinius.*

*Mulierculæ*

*mimæ.*

*Iuuenalis.*

*Diluuium.*

## DE INCOMMODIS ET MA

lo successu Planorum ex  
prælio.

### Caput XXII.



**I**NCERTITUDO ET AMBIGVITAS FUIT MA-  
 xima, penes quos eius uictoria pugnae staret ingens  
 utrinq̄ clades, ingens cedes, ingens nō tam militum  
 quam ordinum, apud utrosque Duces iactura nec  
 facile fuerit arborum detrimenta sermone complecti. Con-  
 tendam tamen ut posterorum consulam utilitati, si non om-  
 nium multorum saltē diminutiones, augmentum uē quantum

Q a potero

# B E L L V M

*Diapason, & qui sub illo erant modi imperfecti.*

*Semitonia. Notæ Plano- rum.*

*Populi Minuti.*

*Populi graues.*

*Lineæ.*

*¶ ut, & ee la.*

potero liquide demonstrare. Ex parte imprimis Planorum, Tonus, Diapason amisit omnes ab eo descendentes, quorum nomina hæc fuerunt, Tritonus, Semidiapente, Ditonus, Diapente, Semidiapason, Semitoniū Diapason, Semiditonus Diapason, Diapason Diapente: qui fuerant modorū imperfectorū, quibus prædictis interuallis (quia carcere detinentur) ad Planos nunquam regredi licuit. Quædam illæsa remanserunt, uidelicet, Tonus, Semiditonus, Ditonus, Diatessaron, Diapente, Semitonium Diapente, Tonus Diapente, & Diapason, qui omnes in tota prouincia ascendere & descendere adhuc quotiescunq; libet possunt. Ipse inquam Diapason Dei munere, quoniam in periculo positus, nullius se unquam religionis probatæ improbatæ uel habitum sumpturū uouerat (prædicta enim omnia interualla complectebatur) saluus euasit. Sed & tanto ex eo casu terrore perculsus fuit, ut postmodum quasi in seipsum rediens in Planorum regno prodire in publicum raro sit uisus, Semitonia medio tono spoliata fuere. Notæ uero quæ cum ad summum peruenerant, ibiq; ægre consistere ualuisse, & citius quam ascenderant caderent, omnibus spoliatae suis fuerunt discriminibus, præter unam saltem notam qua Planis nunc utuntur, quæ adhuc nigrum colorem retinuit, formamq; nunc rotundam, nunc in longum extensam, nunc alligatam habet. Et captæ sunt omnes quæ inferius. ¶ ut descenderant. Populi uero qui ex supremis & minutis ciuitatibus descenderant per uias interruptas, aufugientes amplius ad geminatarum uias redire non potuerunt, neque terras grauium notarum repetere. Et è conuerso graues & geminati supremos & excelsos montes ascendere non ualuerunt, tantaq; uiarum inopia facta est, ut nunc cantores suas cantiones quatuor, aut ad summum quinque lineis uel uis conducterent. Id quod hodie in omnibus fere canticorum locis apud Planos adhuc cernitur. Ab illoq; die sese quisq; in sua ciuitate retinere coepit. Sed quod peius est duas principales ciuitates, infimam scilicet, ¶ ut & supremam ee la, ex quibus ingressus & egressus ad alias patebat nationes, cum omnibus suis trucidatis, paucis relictis omiserunt, neq; ex tunc egredi inde ulterius concessum est. Sicq; tres supremæ

# M V S I C A L E.

premæ ciuitates cc sol fa, dd la sol, ee la, non sonant aut loquuntur, ut illæ tres inferiores, F ut, A re, q mi, quia ultra eas fit nullus ascensus, nec tres infimæ ciuitates ea lingua qua supremæ utuntur, quia infra eas non fit descensus. Solmizantes itaq; amissis sol & la in ascendendo per terras mutationum b mollarium, ne futurorum omnino abijcerent spem, in nundinis g sol re ut & d la sol re, emerunt re. Alij amissis re & mi descendendo per easdem uias mutationum emerunt etiam in nundinis alamirensibus, & ex mercatoribus, d la sol re, la. Alij amissis sol & la, in ascendendo per alpes q durences mutationi adiacentes, ne etiam futurorum omnino abijcerent spem, emerunt in nundinis alamireorum & d la sol reorum, re. Alij amissis re & mi descendentes per ciuitates elamienses et alamicenses sibi la comparauerunt, manipularis autem ille cantus b mollaris, etsi plurimum iacturam passus fuisset, suum tamen signum b quo cognoscitur retinuit, integrum f faut sibi reseruans. Cantus uero h duralis, qui etiam manipularis erat potiores partes in g sol re ut, uidelicet sol & ut possedit: amisso re nihilominus suum retinens signum h. Cantus autem naturalis etsi suum signum amisit, in supplementum tamen accepit (quo facilius dignosceretur) terrarum circumstantium (apud ciuitatem c sol fa ut) arma à parte cantantium, ut, in eadem ciuitate, pro quo signo amisso, ✕ tale habuit, uoces quoq; coniunctæ, scilicet fa & mi, ob suauissimam ac lepidissimam resonantiam, quam in cantu positæ præbuerant olim in perpetuam earum memoriam, etiam in ciuitatibus, in quibus non reperiabantur essentialiter, propterq; tam aptæ fictam melodiam quam resonare nouerant in cantu ficto, eorum nomina aut ab eis denominata in octaua solemniter celebrabant. Et tandè signa quædam admodum difficilia quibus cordas signabant cantores, mortè longo usu obierunt & destructa sunt, omnesq; clauis signatas & signandas bellum assumpsit, præter istas quæ remansere  $F \quad b \quad \text{c} \quad e \quad g \quad \text{dd}$ . Tenor uero de genere quatuor partium grandem comilitonum suorum stragem accepit, paucis conseruatis, qui & nunc comparent, alios autem omnes amisit. Voces item superiores in descensu inferiores, in ascensu proferri libertatem amisierunt quadrupli-

Solmi-  
 b mol. zat. et  
 Mutat.

Ascē. { G. }  
 { D. } re.

Descē. { D. }  
 { A. } la.

h duralis mu-  
 tatio.

Ascē. { A. }  
 { D. } re.

Descē. { E. }  
 { A. } la.

Manipularis.  
 Cantus fictus.

Clauis signa-  
 ta.

Tenor.

Voces.

# B E L L V M

citer. Primo in f fa ut ubi nunq̄, ut, canitur, nisi sit cantandum fa in b fa ꝥ mi. Secundo, ubi in b fa ꝥ mi semper, eam quam scala requirit uocem canere oportet. Tertio, quia in secundis una & eadem uox repeti non debet. Licet in quartis, quintis & octauis optime fieri possit. Quarto & ultimo quando in mutatione non necessaria nec superiores in descensu, nec inferiores in ascensu cantantur. Sicq̄ uox artis serua & mancipium facta est, ab eoq̄ die per artem uox in Musica regitur. Artis namq̄ milites studio, labore, & opera strenue militauerant, quare regimen obtinuerunt. Antiphona itidem quæ dicitur ( exortum est ) dum è bello ad suos tonos reuertetetur, uix agnoscì potuit propter uulnus quod in fronte acceperat, iudicabaturq̄ esse octauitoni & plagalis, eo quod plagas in fronte sustinisset, ut uerissimum esse affirmabatur, nisi percussio septimi, unius autenticorū tonorum mox apparens suam esse asseruisset, cuius auxilio & opera præseruata est, & sic inter consortia uenerandorum uetustium tonorum autenticorum remansit, alioquin de pelle sua factum erat. Ab illo die ranæ Seriphinæ in Seripho insula in hunc usq̄ diem mutæ factæ sunt, neq̄ clamabunt amplius in gutture suo. Ranæ etiam Calamitæ inter arundines fructicesq̄ uersantes, inter omnes minimæ & uiridissimæ ( alias diphthitæ dictæ ) uocem amiserunt, sineq̄ uoce remanserunt. Sicut cicadæ minores quæ etiam mutæ factæ sunt, non quod nihil canant, sed quod parum canant. Cicadæ uero maiores adhuc uocem retinuerunt & canunt, quæ achætæ, id est, argutæ dictæ sunt, ab echo quod est sono, crepito, cuius subsidio incolumes euaserunt, magisq̄ canoræ factæ sunt. Quibus illud solum male successit, quod ex omnibus quæ uiuunt sine ore sint, pectus ipsum saltem habentes fistulosum, quo uocem emittunt, rursus in regino agro ab hoc tempore silent omnes. Contra in Locrensi ultra flumen, adhuc cantandi libertate fruuntur, in utroq̄ ergo genere maribus canere concessum est, foemini silentium impositum, & tandem

*Ars.*

*Antiphona exortum est.*

*Ranæ Seriphinæ.*

*Ranæ Calamitæ.*

*Cicadæ.*

*Cicadæ maiores.*

*Echo.*

*Rustici.*

ergo genere maribus canere concessum est, foemini  
 silentium impositum, & tandem  
 rusticorum centum millia  
 crudeliter obierunt.

De

M V S I C A L E  
DE VICTORIA PLANORVM.

Caput XXIII.



**N**IMVERO POSTEA QVAM EOS ENVMERA-  
uimus, quibus aduersi aliquid euenit, minime æ-  
quum fuerit suis carere laudibus, illos Planos seu cho-  
rales milites qui re strenue acta, uel ex hostium spo-  
lijs, uel sui Regis munere ad priorem statum aliquid addide-  
runt, inter cætera autem eminent chorales milites pene omnes,  
qui campos Planos notarum rotundarum, extensarum uel alliga-  
tarũ (quæ nigre sunt) Planiciesq̃ obtinuerunt inter sinistros mon-  
tes, dextras q̃ rupes octo cohortium notarum figuratarum. Emi-  
nent & ciuitates pene omnes quę pre inopia coactę uiribus omni-  
bus subtiliter uias adinuenerũt, quibus latius diuagarẽtur ultraq̃  
propria loca cantum transposuerunt, ita ut si necessitas urgeat sex  
aut decem uias habeant. Effeceruntq̃ ut quantum conscenderet  
clauis, tantum nota descenderent, & e contra. Voces quoq̃ sex re-  
tinuerunt, quæ beneficio rumoris sui saluæ euaserunt. Ut, re, mi,  
fa, sol, la, quamuis ut & sol à Gallis & Brabantinis in diminu-  
tionibus notis, ueluti in semiminimis, fufis, & semifufis, postre-  
mam literam iacturæ dederunt, habenturq̃ pro. u. & so, dicunt  
enim, u. re, mi, fa, so, la. Sed ut in harmonico cantu caput esse  
& principium obtinuit. Clauis quoque uiginti duas retinuerunt,  
Licet Iohannes Papa uigefimus nonus, & Guido inficias irent,  
solum uiginti annumerari uolentes. Quæ uiginti duæ clauis  
triplici affectæ sunt honore. Primus enim ordo earum est capi-  
talium. Secundus mediarum & minutarũ. Tertius geminatarum  
quę oēs differunt positione, figuratione, appellatione, quia una a-  
liter ponitur, appellatur, figuratur. Harũ omnium regimen decẽ li-  
neis ac totidem spacijs continetur. Tonosq̃ plani milites qui ex  
Græcis uenerant captos, secum deduxerunt, Prothum scili-  
cet, Deuterum, Tritum, & Tetardum, ex quibus octo to-  
nos sibi procreauerunt. Primum & secundum qui finales  
terminatiuas

Chorales mili-  
tes.

Ciuitates.

Lineæ.

Clauis & no-  
ta.

Sex uoces.

Vt & sol.

Clauis.

Capitales.

Minutæ.

Geminatæ.

Lineæ decem

& spacia.

Toni Græco =

rum quatuor.

Toni latinorũ

octo.

## B E L L V M

*Finales tono =* terminatiuas habent in re. Tertium & quartum in mi. Quintum  
*rum.* & sextum in fa. Septimum & octauum in sol. Nonus tonus pere-  
*Tonus pere =* grinus peregrè profectus est. Cœnobitæ, & potissimum Siferti-  
*grinus.* ensis ordinis circumflexum retinuerunt accentum. Mutationes  
*Accentus mo =* etiam aliarum ciuitatum ualores & nomina uí sibi usurparunt, no-  
*nachorum.* tarumq; quasdam inter quadratas & obliquas secum ligatas mi-  
*Mutationes.* lites reduxerunt. Quæ (quò redimerentur) ualores suos mutare  
*Notæ ligatæ.* & amittere compulsæ sunt, quapropter perpetuo fœdere inuicem  
*Angelorum* ter oriri inferríq; ab inimicis possit. Ibi angelorum chori qui in  
*chori.* cœlis sunt, ex bello omnia instrumentorum genera reportarunt,  
 quibus cum laudes Deo canunt cum omnibus sanctis, Hymnum  
*Organum Ce =* Deo cantantibus. Organum sancta Cecilia retinuit, cuius festum  
*cilia.* adhuc celebrant ubiq; Musicæ dediti. Dauid cytharam, Orpheus  
*Philomelæ na* chelyn, Mercurius lyrá, Apollo chordas uocales, &c. Philomelæ  
*tura.* iuniores cantū meditates, uersus quos imitentur acceperūt. Au-  
 dit discipula intentione magna, & reddit, uicissimq; reticet, intel-  
 ligitur emendatæ correctio & in docente quædam reprehensio.  
 Quare seruorum illis pretia fuere, & charius aliquando emuntur  
 quam armigeri, quales sæpe uidimus iussas canere cæpisse, & cū  
 symphonia alternasse. Quemadmodum homines quoq; reperti  
 sunt, qui sonum earum in transuersas labias fronde arundinea,  
 quasi foramine inspirantis linguæ redderent. Verum aucto æstu  
 in totum alia uox fit, nec modulata aut uaria, mutatur &  
 color, postremo hyeme ipsa non cernitur. Quid  
 tandem referam? Aulædus factus est  
 qui cytharædus esse non  
 potuit.

*Aulædus.*



Defors



M V S I C A L E.  
DE FORTVNIS MENSVRA,  
lium ex bello.

Caput XXIII.



MENSVRALIVM REX ORATIONEM AD SE trahere uidetur, in quorum castris diligenti omnium sensu habito, cognitum est inter omnes non minus uariasse fortunam quam inter Planos. Et ut à notis figuratis exordiamur. Fuere ex illis nonnullæ, quæ uix sancitæ me- dicorum diligentia aliquale fomentum accepere, saluariq; non potuerunt, quo minus ex eis captæ uenditæ non fuerint, maxima nota enim octo tactibus Mensuralibus uendita fuit. Longa quatuor, Breuis duobus, Semibreuis unico. Sed & minimas (quoniam non erant longæ) binas pro quolibet tactu uendiderunt. Quatuor semiminimas, fusas autē octo, sexdecim uero semifusas. Verum semiminimas cum fusis atq; semifusis utrumq; eradicatum oculum fusis (quæ mulieres uendi gratia secum detulerant, quæq; nendo digitis uoluere solitæ sunt) amisisse indubitatum est. Notæq; & signa quæ uncis sinistrorsum uersis constabant, medium sui ualo rem amiserunt, hoc namq; (.huius.) est duplum. Hæc nota  huius  est quoq; duplū, Pausæ mulieres uisis quæ gerebantur, tanto stupore & tremore tactæ sunt, ut ab hoc ipso die amplius loqui non fuerunt ualidæ, neq; loquelam unquam recipere, quibus & istud propheticum rite congruit, Linguis suis dolosè egerant, propterea iudicauit illas Deus: neq; clamabunt amplius in gutture suo, quia dixerant. Custodiam uias meas ut non delinquam in lingua mea, cui cum omnibus suspirijs suis contrauenerant: quibus notarum duces (quæ suorum mandatis maritorum qui silentium indixerant, non obtemperauerant (ut est genus mulierum ad loquacitatem procliuius) auulsis retro linguis, se sequi commendarunt: ut per eas in cantu refocillarentur, illisq; solatio essent (relictis enim pausis uiuere non ualuissent, notarum namq; secreta nouerant: quapropter mutæ in terra silentij

R reman-

# B E L L U M

*Psalm. 113. & 134.* remanserunt, neq; amplius dolum in lingua sua egerunt, sicq; iuxta prophetiam. Os habent & non loquentur. Quare euntes sequebantur & flebant mittentes semina sua. Interualla quædam modorum, dum nocte quadam irrumpere uellent, à principibus exercituum capta sunt, & tandè abscissis auribus ad ignaros Musicos relegata sunt, ubi interdum parce uiuere satis compelluntur.

*Nomina interuallorum.* Horum nomina hæc sunt. Tritonus Semidiapente. Ditonus Diapente, Semidiapason Diapente, Semitonium Diapason. Tonus cum Diapason, Diapason Diapente, & Disdiapason, qui neque ascendere uel descendere ausi sunt. Rursum in contrapuncto Mensurali, quinta de mi ad fa ascendendi libertatem amisit, & è contra de fa ad mi in quintis descendendi. Ascensus que septimæ aut nonæ sua libertate frustratus est. Et sic in concordantijs septimæ, nonæ, duæ secundæ, duæ quintæ & duæ octauæ ab hoc die se sequi non potuerunt. Quinimo opus fuit ut tertiæ, sextæ, & decimæ sese intermiscerent, ne ex resonantiarum prouincia expellerentur. Emeripes in organo Phriuidis cantoris duas ex nouem incidit fides, septem satis esse ducens, neque uitandam esse Musicam existimans, Bernenses, Lausanenses, Geneuenses, & in Montepoligatti, ferme cum omnibus Euangelicis, exceptis quibusdam Lutheranis, amiserunt organa sua. Et qui retinuerunt, suis organis amplius uti non ausi sunt.

*Dux Saxonie. Landtgrauius Dux Vuirtenbergensis. Sacerdotes.* Principes tamen in Germania, ut Dux Saxonie, Landtgrauius, Dux Vuirtenbergensis, &c. nihilominus organa illæsa retinuerunt, quibus adhuc psalmodiant, sed rarius quam olim: interdixit enim illis suum Euangelium, aut auaritia, ne tantus honor Deo exhibeatur, quantus exhiberi solitus erat. E contra, qui hucusq; in pristina religione permanserunt constanter, constanter in organis Deo gratias referunt, quæ si fortuito ex bello quid mali passa sunt, refici & emendari elegantius quam unquam fuerant curantur. Lacedemonij Timotheum Milesium è laconica eiecerunt, quod cytharæ quæ antea decem constabat neruis, undecimum superaddidisset. Eoq; tempore ab Aegyptijs Musica ablata est. Inter cætera accidit, ut quædam artes liberales quæ comæ tum præstiterant (Geometria namque mensuras miserat, Arithmetica

**merica**


# M V S I C A L E.

metica numeros, Dialectica rationem & iudicium discernendi, Grammatica poësim, aliaq; alia.) Dum mercatum irent spoliatae sunt. Alia quibusdam mensuris, alia numeris, alia ratione & iudicio, alia carminibus & similibus. Attamen pietate moti milites, quę illis opus esse perspexerunt, restituerunt: nihil ominus sibi retinentes ex captis mercibus quibus opus illis fuit.





## DE VICTORIA MENSURA- lium.

### Caput XXV.



NE AVTEM EOS QUI EX BELLO STRENVE gesto aliquid adepti sunt prætermittamus, eorum etiam in quantum poterimus hic recordabimur. In primis igitur ut à modis seu interuallis exordium capiamus, Disdiapason in compositionibus suis adhuc cōsonantia perfecta remansit cum unisono, qui postea in acutum neq; in graue amplius tendere desiderauit. Octaua tunc nomē sortita est Diapason. Quinta Diapente. Tertia Diatessaron. Imperfectio notas degradauit perfectas, uicitq; et sic totalis et partialis remansit. Sca-læ illæ inflectæq; ad propria loca reportatæ sunt. Tantaq; ab hoc tempore amicitia inter populos ciuitatum F fa ut & b fa mi exorta est, ut nunquam alio quam uno eodemq; ore uoces proferre aut dicere libuerit, quotiescunq; eos simul ire aut quosdam ex ciuitate f fa ut in ciuitatem b fa mi migrare, descendendo (etiam si Domini mutationum non perceperint) contigerit. Et contra, si ex ciuitate minutarum f fa ut quis in ciuitatem geminatarum bb fa mi ascendendo proficiscatur. Tunc b fa mienses eundem sermonem proferant oportet. Et hoc ea lege inter eos sancitum est, ne populi ab f fa ut siue descendendo siue ascendendo ultra ciuitatē b fa mi orū progredierentur, & è cōtra. Notę figuratę puncto lateri sibi ascripto medio ualore augmentatę sunt. Nā ubi prius absq; puncto talis  maxima nota, octo tactus sustinere po-  
R 2 terat,

## B E L L V M

terat, iam ualidior facta ex puncto (sic ) duodecim ualuit & talis ( ) longa & breuis ( ) 3. Semibreuis ( ) unum tactum cum dimidio, & sic de alijs. Alia enim alijs minus obtinuerunt. Inter quas quaedam magnis catenis & funibus ligatae, ligaturae pro arbitrio militum tractatae sunt. Fantasiae fugas interceperunt, quia pedes habebant & non ambulabant, fugae uero fantasias cum difficultate sequi ualentes, sequentis militis pausa, scilicet beneficio euaserunt. Quae quidem licet è bello aufugerint, hastamque cum clypeo abiiecissent ( nam ut apud Plautum ait Sofia, cum pugnabant maxime fugiebant maxime) fortuna tamen quae & indignos saepe promouet & desides plerumque coronat illarum ignauiam pinguioribus exuijs uoluit decorare, fugientes enim expugna hostium quosdam conspiciatae tabernaculo exilientes interceperunt, quibus grandi se pecunia redimentibus apud Musicos etiam cum fugis ubique terrarum summo sub honore tenentur, omniumque in ore sunt & tractantur, & sine eis uiuere non licet, successiueque per diuersas cantilenae partes distribuuntur, & in diuersis cantilenae partibus sub eadem clausula repetuntur. Organistae, organici, organocedi, & organarij, quibus res foeliciter successerant ab organis arma & uexilla dependentia, cum tubis, fistulis, cymbalis, copulis, copulatis, principalibus & omnium generum mixturis, atque innumeris id genus instrumentis (quae registra organorum dicuntur) ad templa confugientes in excelso eorum affixa & suspensa Deo dicauere, Vbi laudes Deoque gratias agunt & decantant, quod eos à tam atroci interneccione illaesos praeseruauit. Ob idque tali Deus eos munere affecit, ut abhinc organa nunquam pulsare teneantur, nisi secum famulos qui organorum folles deprimant, habeant, qui calcando illis inserviunt. Inde supremo honore affecti sunt, ut soli in regali organorum summaque cathedra, durante officio Missae & uesperarum, quicquid lubet in eorum clauis & registra mandando sedeant: Nemoque postea Cathaedram accesserit organicam, quae in templis est, qui non cum uerecundia ( nisi Musicae expertus ) inde recesserit, & quod plus est, etiam absque pecuniarum iactura instrumentis Musicis eis ludere licet (taceo aleam, &c.) nec minus suas quamuis cha-

re ab

## M V S I C A L E.

re ab ipsis uenditas merces retinent. Cythara etiam alijs nomini-  
 bus fides & fidicula dici meruit. Tubæ, classica etiam appellatæ  
 sunt. Redundago siue uter (germanice enim sackpfeiff dictus) tan-  
 tum obtinuit ut de cætero alicui inseruire cogi non potuerit, nisi  
 prius pleno uentre saturatus fuerit, alias resonare recusat. Sed eo-  
 rum qui illum cogere uolebant, ut scilicet reconditos apud se re-  
 sonantię thesauros in medium proferret, ferme maiorem partem  
 eo redegit, ut antequam id faceret illi in posteriora (cum uenia  
 dictum sit) sufflarent, quod adhuc omnibus contingit qui eius se-  
 creta inuestigandi tenentur desiderio, tantum ualet illius compe-  
 riendı thesauri cupiditas in ipso sacco utris profundius reconditi,  
 qui nisi cum murmure educi potest, adeo querulus respondet  
 omnibus. Ex Planis item quatuor Duces tonorum capti sunt, inq̃  
 seruitutem redacti fuerunt, assumptisq̃ armis eorum & his quæ  
 possidebant (industria doctissimi uiri D. Glareani) ad medium  
 ditiores quam prius fuerant facti sunt. Vbi enim olim Mensurales  
 saltē octo tonos possedissent hac præda, ad duodecimū tonum  
 peruenerunt, sicq̃ aucti suos repetiere lares. Cæterum si singulo-  
 rum clades aut rei bene eo prælio gestæ, adepta decora sigillatim  
 percurrere nitar nimis prolixius fuero. Ideo dicendi compendi-  
 um faciens, illud asseruisse sufficiat quicquid in omnibus Musicæ  
 terminis auctum, diminutum uel reperitur ex illo cruento execra-  
 bili, ac plusquam archidamico crudeli bello & funesto processis-  
 se. Multæ sunt in ea temporum licentia & introductæ consonan-  
 tiæ nouæ, & figuræ, & explosæ ueteres. Et nisi præstantissimi uiri  
 quos paulo infra harum litium arbitros electos, fuisse narrabi-  
 mus, singulari solertia Musicorum quorundam petulantia  
 obuissent, tanta fuisset Musico concentui immixta  
 dissonantia, ut de illius decore re-  
 sonantiaq̃ fere despera-  
 tum foret.

R s Rex

B E L L V M  
R E X P L A N V S P O E N I T E N  
tia ductus reconciliatur cum Re  
ge Mensurali, &c.

Caput XXVI.

**P**OSTEA QVAM IGITVR VTRIVSQUE PAR-  
tis legiones in castra reductæ sunt, desideratorum  
sauciorum que censu habito. Intellecta utrinque  
clade accepta, oēs passim ingemuere, experti nam-  
que erant quod Horatius scribit. Quod scilicet, *Quicquid delirant  
Reges plectuntur Achiui*. Quæstiq; sunt acriter quod nimia do-  
minandi libidine rebus proprijs tantam cladem intulissent: &  
pœnitentia ducti, quisq; eorum quæ pacis sunt cogitabat. Pri-  
mum uero Rex Planorum aduocata concione non sine lachry-  
mis locutus ita exhibetur. Scire uos satis arbitror cõmilitones mei  
quam inuitus ac resistens pro decore, proq; amplitudine (ut tunc  
arbitrabar) & Planorum tuenda autoritate, cõtra fratres nostros  
Mensuralium gentem, arma susceperim, quantisq; satagerim mo-  
dis, ut illis nobis cedentibus, ciuilia bella longius submouerent,  
uerum cum non tam nostra quam figuratorũ etiam metior dam-  
na, cum utriusq; partis strages intueor, flere libet magis quam lo-  
qui. Opere precium fuerat reminisci quæ de Græcorũ Romanorũq;  
ciuilibus odijs bellisq; scriptum sit olim. Profecto ea si in mentem  
uenissent, nunq; in tantam insaniam à nobis pcessum fuisset, nec  
ita & furore obcæcati, quid ageretur non intelligentes, nostramet  
uiscera proprijs manibus discerpissemus. Sed præterita (ut ille in-  
quit) magis reprehendi possunt quam corrigi, & melius est regre-  
di quam male cepta sequi. Si ferro decernere perrexerimus, si in fi-  
nem usq; insanire uoluerimus, actum sane est de Musicę imperio.  
Tanta omnis discordię genti fiet accessio, ut nemine obstante, ne-  
mine eorum temeritati obuiam eunte, ubiq; ipsi pro animi libidi-  
ne dominari ualeant. Quocirca cõmilitones mei, ut utriusq; regni  
utilitati cõsulatur, ultro à figuratiuorum Rege pacem petendam  
censeo

Horatius.

Regnandi li-  
bido.

Oratio Regis  
Planorum.

censeo, ultro dextras porrigendas, neque hoc dixerim quod labae animo, quod timore concutiat, sed quoniam luce clarius cerno, res Planorum Mensuraliumque, non sine mutua stabili & incoccussa animorum suorum & tonorum concordia, posse consistere: fungor ego officio meo, ea adducens que comunem salutem concernere minime dubito. Audacter nihilominus quod uolueritis executurus. Vos itaque quod facitis Deos omnes fortunare uelim. Placuit mirum in modum uniuersae concioni non utilis minus, quam oportuna sui Regis oratio, omnesque militum ordines ingenti sublato clamore, ut quod Rex tam sapienter suaserat, sine mora exequeretur enixius petiere. Missi itaque in Mensuralium castra legati ex Planis prudentiores, absque aliqua difficultate constituti primum iudicij, in hanc postremo cum Mensuralium Rege, eiusque proceribus deuenere sententiam: ut scilicet, aliquot eligerentur uiri omnium Musicae usum, regularum & terminorum periti doctores, quorum decisioni arbitrioque utraque pars, per sancte iurata stare deberet, qui sua iura & leges describerent.

*Consensus populi.*

*Legati.*

## DE ELECTIONE IUDICVM

legumque latorum in Musicae legibus conscribendis.

### Caput XXVII.



**F**NIMVERO GRANDIS DIFFICULTAS FUIT ET maxima inter Musicos contentio, quibus nam minus potissimum huiusmodi demandaretur. Monachorum, sacerdotumque plerosque nihilominus quia feditionem in multis partibus Germaniae, uel alibi excitauerant, suis monasterijs & praebendis eiecerunt, consentientibus praecipue nouis euangeliophoris. Multis igitur id ambientibus, alijs alios nominantibus, & nominatos improbantibus, Demum totius huius rei negotium quatuor Musicorum generibus commissum est. Quorum primi, qui eius artis originem prius inuenerant,

*Monachi et sacerdotes seditionis.*

*Quatuor genera Musicorum.*

*& uarijs*

# B E L L V M

*Tubal.*

*Orpheus.*

*Amphion.*

*Zethus.*

*Theorici.*

*Ioannes Pontifex Romanus.*

*Mathematici. Practici.*

*Poëtici.*

*Titus.*

*Gregorius.*

*Ambrosius.*

*Faber Stapulensis.*

*A. Ornithoparchus.*

& varijs in rebus uocum quandam harmoniam obseruauerant. Musici erant Theorici, uidelicet Tubal, filius Lameck, Princeps canentium in cythara & organo. Orpheus Deus & uates genitus, Amphion & Zetus ex matre Antiopa Nyctei filia progeniti, Boetius q̄ Romanus, Plutarchus Cheroneus, Diuus Augustinus, Franchinus, Gafforus, Valla Placentinus, Faber Stapulensis, Guido Aretinus monachus, Ockgehern, Iacobus Obrecht, Alexander ac Ioannes pontifex Romanorum insignis Monarcha, qui theororum partes tuebantur tantum. Secundo Mathematici difficiles in multitudine signorum & obscuri. Ioannes Geislin Dufax, Ioannes Tinctoris, Franchinus Buschne, Caronte. Tertio, Practici theorici, ceterorum Principes, qui canere & componere, & composita intelligere nouerant. Iosquinus des pres, Petrus de la rue, Brumel, Henricus Isaac, Ludouicus Senfel, Adrian Vuillart, Lebrun, concilium, morales, La fage, Iheritier, Nicolaus Gombert, Thomas Crequillon, Champion, Petrus Massenus, Iacquet, Pipelari, Nicolaus Païen, Courtois, Luxi, Lupus, Clemens non Papa, Homerus Herpoll, Claudin, &c. Diuus Bernhardus, Beatus Gregorius, Berno Abbas. Quarto poëtici, qui contra punctum super choralem cantum cantabant, quales sunt Belgi, Picardi, & Gallicum Brabantinis. Postremo Titus Rom. Imperator, filius primogenitus probi Vespasiani Rom. Imp. semper qui summo sub honore Musicos habuit, pro arbitro constitutus est. Quibus quidem omnibus approbantibus in infra scriptos cuncti unanimiter cōcensere, uidelicet, Gregorium Papam, & Ambrosium Pontificem ( à quibus cantus choralis dictus est Gregorianus, & Ambrosianus) extra omnem ingenij aleam positos: Fabrum Stapulensem eruditissimum, & Andream Ornithoparchum singularis eruditionis uirum. Qui cum in castra uocati aduenissent, partis utriusq̄ Iuribus ac legibus auditis, re inter ipsos accuratius considerata, hanc postremo sententiam nullis unq̄ modis uiolantiam protulerunt.

Diuiditur



M V S I C A L E.  
 DIVIDITVR REGNVM MV-  
 sicæ per Legumlatores inter  
 Musas & Musi-  
 cos.

Caput XXVIII.



**Q**VOD MUSICAE REGIBVS, REGVLIS, SATRA-  
 pis, Ciuibus, Studioſisq; uniuersis faustum ſœlixq; ſit.  
 Nos triumuiſi, tollendarũ litium cauſa conſtituti, om-  
 nes contentiones, maledicta, iniurias, damnaq; quæ  
 in hanc diem inter Muſicæ Reges eorumq; milites interuenere,  
 reuocamus, tollimus, & obliteramus. Et ſi obliuioni tradi neque-  
 ant, at ſaltem ſilentio tegenda decernimus. Et quia tantum dam-  
 num paſſam Muſicam & Muſas cum Muſices profeſſoribus con-  
 ſpeximus, ut etiam cauendi diſciplina a deo ſimplex ſit, ut ſolo te-  
 trachordo conſiſtere uix conſter, nec plus aſſa, id eſt, ſola uoce, ore  
 prolata, non admixtis alijs Muſicis concentibus (qua maiorum  
 laudes olim decantabantur) ac eadem Muſica ſimpliciter & abſ-  
 que ullo modulaminis lepore prolata proficiatur: utilitati conſu-  
 lentes ſuas quaſq; in Muſica regiones, ſuis compartiemus Muſis,  
 ſub quibus omnes Muſicos habitare uolumus, quos ut Venere &  
 Baccho, dum Pythia cantant abſtinere uolumus, mandamusq;.  
 Primo igitur Heliconiades Muſæ montem poſidebunt Heliconẽ  
 Boetiæ Phocidi affinem, qui non procul à Parnaſo monte diſtat,  
 emulum illi altitudine & ambitu, quorum rupes amborum ſaxea  
 eſt. Parnaſum Parnaſides habitabunt. Muſæ Aonides habebunt  
 Aoniam Thraciæ regionem, ab Aone Rege ſic dictam. Citheria-  
 des etiam Muſæ Citheron obtinebunt, qui ſimiliter à Megaricis  
 & Atticis montibus initium habet, cuius finis prope Thebas. Pie-  
 rides Pieriam regionem Macedoniæ, Aemathiam ante dictam  
 tenebunt, cui mons eſt Pieris in Boetia Muſis ſacer. Hæc Muſarum  
 parens, domusq; erit earum, à nemore ſic appellata. Muſæ Atlan-  
 tides amœniſſimos hortos cinctos montibus in Africa iuxta Li-  
 xon Coloniam à Claudio Cæſare deductam colent, ubi aurife-

*Triumuiſi.*

*Aſſa.*

*Cantores abſ-*

*ſtinere.*

*Muſæ.*

*Heliconiades.*

*Parnaſides.*

*Aonides.*

*Cithariades.*

*Pierides.*

*Atlantides.*

S rum ne-

## B E L L V M

**Nemus auriferum.** rum nemus & pomarium cum aureis malis, quæ Hercules ab Euristeo missus attulerat, recipient. Thespiades, Thespiam oppidum Heliconi propinquum gubernabunt. Hypocrenides Hypocrenem pulcherrimum Heliconis fontem retinebunt. Lybethrides, fontem Macedoniae in Magnesia regione Libethren Musis sacrum habebunt, non Libethram, quæ spelunca in eodem loco sita est, Castalides, fontem Castalium continebunt, in radicibus Parnasi Musis etiam sacrum. Pympliades, siue Pympleæ fontem Macedoniae, & vicum Pympleumque montem Orchomenorum. Aemathides Aemathiam, Pegasides, Pegaseum montem, in quo loco Pegasus Caballinus seu equus ungula saxum feriens, fontem aperuit, possidebunt: equus inter sydera collocatus remanebit. Mnemosynides quia ex Ioue & Mnemosine, id est, memoria progressæ sunt, Bacchus & Apollo ab omni iniuria tuebuntur. Musarum item gratiæ tres, scilicet, Aglaia, Thalia, & Euphrosine, Acidalium fontem qui est in Orchomeni urbæ Boetiæ ad lauandum se possidebunt. Postremo Dodonides Nymphæ, quia liberi patris nutrices extiterunt, habebunt Dodonam Epeiri civitatem, à Dodone Iouis & Europe filia sic dictam, scilicet Ambrosia, Eudora, Pasithoe, Coronis, Plexaura, Pytho, Tythe, &c. Poëtis insuper per nos quodlibet addendi data est æqua libertas, quos Bacchus tutabitur.

*Et quia frigus iners. & sicca fames cantoribus obstant.*

*Axieta animi, parperiesque magis.*

**Fautores Musicorum.** Eos qui Musicorum Musicarumque rerum promotores & fautores extiterint, æterno nomine dignos censendos, colendosque iudicamus. Cæteras regiones alio tempore in illos qui de Musis & Musicis bene merebuntur, dispartiemur, interim de compositione, uocumque concordantijs, leges & statuta pro nostro posse uobis daturi, &c.

**Definitio**

M V S I C A L E.  
 DEFINITIONES CONCOR-  
 dantiarum, sonorum, & uocum cum  
 regulis omnium.

Caput XXIX.



**P**XPEDITIS SINGVLIS QVAE IN GENERALI  
 necessaria uisa sunt, nunc essentialiter scriptis breuissi  
 mis rem ipsam ut est aggrediemur. Varias ergo con- *Variae concor-*  
 dantias in tetrachorda, quatuor, quindecim chor *dantiae in plu-*  
 dis contextendas (unitati consulentes) inuenimus. Quibus quin- *res uoces dia-*  
 tam & sextam, atq; his plures superduximus, ita ut non una uoce *stinctae.*  
 tantum, sed quatuor, quinque, sex, octo, & interdum pluribus, hac  
 nostra tempestate uocibus cantilena uel carmen Musicum proce-  
 dere poterit. Interim musicis mensuralibus concedentes quic- *Mensuralium*  
 quid lubet indies excogitare: quoque magis diuersa excogitauerint *libertas.*  
 eo meliora esse iudicabimus, sicut Ioannem Oekekem mutetum  
 aut carmen triginta sex uocum componere admisimus. Statuimus  
 ergo ut de cetero ad conficiendam solemnem cantilenam, uterque  
 Musicae Rex cum suis sequacibus conueniat. Planus scilicet & *Reges.*  
 Mensuralis, cum notis planis & figuratis, omniumque ciuitatum ha-  
 bitatoribus. Et quia concordantia rata debet esse duarum uel plu *Concordantia*  
 rium permixtio uocum: uolumus, ne uox absque sono, neque sonus  
 absque pulsu, nec pulsus sine motu fiat. Motuumque, quoniam alij *Motus.*  
 aequales, alij inaequales fuisse constat, inaequalium alij plus, alij  
 minus inaequales, alij mediocriter erunt. Ex motuum autem  
 aequalitate aequales fieri, & ex inaequalibus inaequales uolumus.  
 Et quidem ex mediocri inaequalitate sonos, consonos, ex omni-  
 no autem a se distantibus dissonos procreari censuimus. Hinc est *Pithagorico =*  
 quarecum nostris Pitagoricis ultra disdiapason nullam conso- *rum disdiapa-*  
 nantiam ob nimiam extremorum distantiam consistere posse con *son.*  
 clusimus. Quanto namque soni propinquiores, tanto suauiores ex- *Soni.*  
 istunt, et quo distat amplius, eo consonant minus, quod ex inaequali taliu

# B E L L V M

sonorum in aures incidentia euenire potissimum arbitramur: quoniam consonantia duorum sonorum est mixtura uniformiter auribus incidens. Soni enim acuti celerius quam graues audiuntur. Quemadmodum mucro fastidiatus momento penetrat: quod uero hebetius est, retusiusque non ita, sed cum mora & segniter. Similiter uibrata uox audita peruellit ac fodiat. Grauis ob-  
*Consonantia.* tundit ueluti trudendo. Ideo uocum dissimilitudo ab hinc con-  
*Mucro.* sonantiam pariet, sed non similitudo. Nihilominus dissonanti-  
*Vox.* am (quoniam dura & aspera duorum sonorum sibi impermixto-  
*Dissonantia.* rum collisio est, aures naturaliter offendens mixta diuersis sonis  
*Concordantiae mixtae.* (utpote secunda 4. 7. 9. 11. 14. 16. 18. 21.) ab omni solo Musicae reijci-  
 endam iudicamus. Octauam uero cum unisono, decimam cum  
 tertia, duodecimam cum quinta, & tredecimam cum sexta sono  
 coire uolumus. Quindecima unisono & octauae sono aequabi-  
 tur. Decima septima, tertiae decimae, decima nona, quinta & duo-  
*Perfectae concordantiae & imperfectae.* decimae. Vicesima sextae & tricesimae symbolizabit sono, & sic de-  
 inceps. Perfectis igitur concordantijs subiicientur, unisonus, quin-  
 ta, octaua, 12. 15. 19. Imperfectis uero tertia, sexta, 10. 13. 17. 20. Et ut  
 melius cognoscere possitis qualiter concordantijs praedictis uti  
 debeat, regulas, ut sequitur describere constituimus, ne quis ex-  
 cusatione se amplius tueri praesumat,

1. Primo ergo duas concordantias perfectas eiusdem speciei se-  
 sequi non permittimus, sed bene diuersarum. Poterit tamen  
 octauam sequi octaua, dummodo dissimilibus ac contrarijs pro-  
 cedant motibus.

## Exemplum.



Discantus.

Tenor.

2. Secundo duae concordantiae imperfectae, uel etiam plures se-  
 sequi simul ascendendo uel descendendo ceceduntur impune.
3. Imperfectas concordantias semper sequatur proximior per-  
 perfecta,

## M V S I C A L E

perfecta, puta Imperfectam tertiam unisonus, perfectam quinta: imperfectam sextam quinta, perfectam octava.

4. Quarto, plures eiusdem speciei perfectas concordantias immobiles se sequi admittimus, mobiles uero non.

5. Quinto, minima nota uel pausa ipsius inter perfectas eiusdem speciei concordantias mediare non permittimus, propter paruum & quasi insensibilem eius sonum, licet à plerisque contrarium sit seruatum.


6. Sexto, contingere permittimus etiam ut minima uel semiminima partibus contrarijs procedentibus, concordantia sit. Huiusmodi enim discordantia later, nullam auribus lesionem inferens.

7. Septimo, breuem uel semibreuem discordantem à concordantia contrapuncti relegamus. Quamuis tamen aliquibus olim breuem in quadruplo, semibreuem in duplo diminutam discordantiam facere admisisse comperti sumus.

8. Octauo, modi inusitati omni ex parte sunt uobis uitandi, dissonant namque omnes præter decimas.

9. Nono, in concordantijs perfectis nunquam ponatur uox mollis contra duram, nec ediuerso, sed aut mollis contra mollem, dura contra duram, aut saltem naturalem. Naturales namque ancipites, & cum b mollibus & cum ♯ durabilibus concordabunt, hoc modo.

### Exemplum.



Tenor.

Bassus non ualens.

Basis ualens.

10. Denno, si tenor in choralis nimis profunde processerit, transponatur ad quintam uel quartam, si necessitas id efficiat, ut in hymno (quem terra) uidere licet.

11. Undecimo, Quia omnes cantilenæ partes in principio & fi-

S 3 ne ue

ne ueteres in concordantijs perfectis posuere, ea lex apud nos arbitraria sit admittimus.

12. Duodecimo, una uoce sursum uel deorsum gradiente non est opus uariare reliquas, quia immobili uoci plures consonantiae mobiles coaptari possunt.

13. Decimo tertio, in quartis mi contra fa non consonabit, quia causat tritonum.

14. Decimo quarto. Quarta etsi simpliciter ducta dissona sit, coniuncta tamen concordiam commixtioni, concordem cum extremis efficiet medietatem.

15. Decimo quinto, quartam duobus tantum in locis in contrapuncto admittimus. Primo, quando inter duas octauas clausa est, & quintam infra habuerit: quia si supra sit quinta, non ualebit consonantia, quia soni grauiore dissoni acutioribus dissonis magis sensibiles sunt. Secundo, Quia quando tenor & discantus per unam aut plures sextas procedunt, tunc uox quae media est, quartam semper sub discantu, tertiam uero supra tenorem seruabit.

DE CONTRAPUNCTO, SIUE  
compositione cantuum Musicalium.

Caput XXX.

Contrapunctus.



IS ITAQUE AD VNGVEM BENE INTELLIGENTIS, contrapunctum aggrediamur, quem quidem alijs Musicae partibus dulciorem, digniorem, & praestantiorem esse iudicamus, quoniam aliarum domicilium est omnium, non quod cunctas in se Musicae difficultates contineat, sed quod in suo effectu doctum, perfectum atque consummatum Musicum requirat. Quod si quis sit, qui se in eo summum non praestiterit artificem, se Musicum esse iactitans, sit ridiculus, & aut laudem pariat eximiam, aut risum auferat. Contrapunctum exgo (tanquam in quo omnia Musicae secreta reponun-

tur

Contrapuncti  
ignarus.


# M V S I C A L E.

tur Gazophilatium) studiosis enodare curabimus, non ut omnes nisi quibus fortuna fauet, condant, sed ut ab alijs condita, bona sint nec ne dijudicare ualeant, ualidi enim carminis constitutio, non tyronum, sed emeritorum militum est opus, & non omnium, sed eorum duntaxat (quoniam poetæ nascimur) quos natura trahit & allicit. Qui poterint igitur nostras constitutiones secuti condant, qui non, quo poterint, eant. Contrapunctus itaq; in genere nihil aliud est, quam contrapositis uocibus concors concentus arte probatus: atq; peritia plurium uariatumq; cantilenæ partium inuentiua, parens modulationum, arsq; flectendi cantabiles sonos, proportionali dimensione ac temporis mensura: quæ alio nomine compositio dicitur (ut enim lutum in manibus figuli, ita cantilenæ constitutio in manu constituentis erit Musici) diuersarumq; est harmoniæ partium & figurarum per discretas concordantias in unum collectio. Exempli gratia.

*Gazophilatium.*

*Contrapuncti definitio.*

*Compositio.*



**Discantus.**

**Tenor.**


**Altus.**

**Bassus.**

1. Cupiens ergo componere quippiam. Primo formet tenorem, uel quamcunque aliam uocem, secundum toni exigentiam sub quo regulatur.
2. Tenor una cum alijs dulcem habeat melodiam in uagis collationibus.
3. Tertio, necessarium duximus, artis huius tyronibus scalam decem linealem ut forment, formatamq; cancellis distinguant, ita ut singula tempora singulis cancellis, clauibus ritè signatis (ne confusa notarum commixtione impediatur) inscribere ualeant, hoc pacto.

**Præstan**

B E L L V M



Præstantius est tamen absq; scala condere: Quod cum difficile sit, à simili scala incipiant adulescentes, nec id parui faciant tyrones, quoniam pacto signa ipsa conferantur, ex quorum inordinata relatione tot errores in Musica emerere, ut non facile sit cognitu, quoniam calle quisq; tutus incedat. Quocirca si signum signo quis conferre uoluerit, diminutionis proportionum naturam caute attendat, ne facta relatione huius ad hoc, alterius mensura uel excreseat uel deficiat.

4. Celeberrimus quidam contrapuncti modus efficietur si bassus cum discantu uel alia quauis uoce per decimam distans simul gradiatur, tenore concorditer ad utrumque commeante sic.



Tenoris huius


Exemplum.

5. Si nec eandem consonantiam iunxeris, duas partes in decimis concordabis, similiter. Exemplum sequitur.

Discan



# M V S I C A L E.



## Discantus ex Basso in decimis.

Et quia modus canendi contrapunctum inpraesentiarum ra- *Contemptus*  
 tus est, haud dubie non aliam ob causam, quam quia pulcherri- *contrapuncti*  
 ma haec ars sine diuturno usu, ac labore maximo perdisci non po- *unde perueni-*  
 test, nec praemia eam callentibus constituta sunt: quare perpauci *ant.*  
 ad hanc discendam animum applicat, solide se in Musica doctos  
 existimantes, si uariorum signorum, prolationum, definitionum  
 &c. notitiam habuerint: aut si cantilenam in anni spacio compo-  
 nant, quam uix canere possint: aut quia, quandoq; si quis contra-  
 puncti mentionem faciat, ac in perfecto Musico requirat, hunc  
 odio plusquam canino plurimi lacerant imprudenter, affirman-  
 tes multas prauas & corruptas species occurrere, quae aures of-  
 fendant, & in compositionibus locum non habeant: quod fate-  
 mur quidem, uerum asininas, quibus nihil praeter eum quem ipsi  
 aedunt rugitum, aut quod rugitui consonum est, uolupte est. Si  
 enim hominum aures contrapunctus offenderet. Cur non Pon-  
 tificum, Imperatorum, Regum, Principum, magnatumq; qui huius  
 artis ignaros in cantorum suorum cumulum recipere dedig-  
 nantur, non offenduntur aures? Cur non magis Iosquini, Nico-  
 lai Gomberti, Thomae Crequillonis & eorum successorum offen-  
 dunt, quibus haefuerunt delicatissimae: aut sane quia scientia non  
 habet inimicum praeter ignorantem, uel quia huius artis con-  
 temptores, qui, scilicet usus Musices ignorant, libenter multos in-  
 ertiae suae socios cumularent. Horum itaq; peruersum iudicium  
 ut ignominiam execrentur omnes hortamur. Verum ut  
 cum ueris ac principibus cantoribus pro uero ha-  
 beant, se sine scientia & usu contrapuncti  
 nunquam perfectos Musi-  
 cos fore.

T De Re =

B E L L U M  
DE REGVLIS CONCORDAN-  
tiarum, uocum, & cantus  
partibus.

Caput XXXI.

Ex Andrea Ornitoparcho.

*Discantus cū  
Tenore in uni-  
sono.*



**P**RINCIPIO IGITUR, DISPOSITO DISCANTU  
cum Tenore in unisono, Bassus tertiam infra, et Altus  
eandem supra requirit, uel Bassus quintam infra &  
altus quartam supra.

2. Secundo, Quod si Bassus octauam infra tenorem occupauerit, altus in tertia supra, uel quarta infra concordabit quam aptissime.

3. Sin autem Bassus decimam infra tenorem tenuerit, altus tertiam supra eandem, uel sextam infra requirit.

*Discantus su-  
pra Tenorem  
in tertia.*

1. Item quoties discantus supra tenorem in tertia situs fuerit, bassus in tertia infra, & altus in sexta supra, uel in unisono locabitur.

2. Sed si Bassus infra octauam habuerit (quintam enim habere non potest) Altus quartam infra tenebit.

3. Basso autem decimam infra occupante, Altus tertiam supra uel sextam infra requirit.

*Discantus su-  
pra Tenorem  
in quarta.*

1. Item Discantu supra Tenorem in quarta locato, Bassus quintam infra, & Altus tertiam uel sextam supra, pro sua concordantia requirit.

*Discantus su-  
pra Tenorem  
in quinta.*

2. Item si Discantus quintam supra Tenorem (quod sæpius contingere non admittimus) sortitus fuerit, Bassus occupabit infra sextam, & supra tertiam uel infra quartam.

3. Quod si Bassus octauam infra sonuerit, Altus tertiam supra, uel quartam aut sextam infra postulabit.

*Discantus su-  
pra Tenorem  
in sexta.*

1. Item Discantu sextam supra Tenorem occupante, Bassus quintam infra, & Altus tertiam infra uel quartam supra teneat.

2. Si Bassus octauam infra tenuerit, Altus in sola tertia supra concordabit.

3. Basso

# M V S I C A L E.

5. Basso autem infra decimam occupante, Altus tertiam supra, uel eandem infra sonabit: poterit & octauam infra possidere, & cum Discantu tredecimam sonare.

1. Item si Discantus in octaua supra tenorem locatur, Bassus in tertia infra, & Altus in tertia uel sexta supra, aut in quinta rite concordabit.

*Discantus supra Tenorem in octaua.*

2. Cum autem Bassus eandem infra tetigerit, Altus quartam uel sextam supra, aut tertiam infra sonabit.

3. Si uero Bassus infra octauam sonuerit, Altus tertiam uel quintam supra concorditer iubilabit.

4. Basso autem decimam infra cadente, Altus tertiam uel sextam supra, uel easdem infra iure possidebit.

1. Item quoties Discantus in decima supra Tenorem quieuerit, Bassus in tertia infra, & altus in tertia, sexta, uel octaua supra locum uendicabit.

*Discantus supra Tenorem in decima.*

2. Quod si Bassus in tertia supra reperitur, Altus in tertia infra, aut quinta uel octaua sursum illi consonabit.

3. Si autem Bassus supra Tenorem quintam habuerit, (infra enim habere non potest) Altus tertiam supra octauam concordem seruabit.

4. Basso uero ad octauam infra cadente, Altus quartam infra, uel tertiam aut quintam supra contingere potest.

1. Item Discantu supra Tenorem duodecimam occupante, Bassus in octaua infra locetur, & Altus in tertia, quinta, uel octaua supra.

*Discantus supra Tenorem in duodecima.*

2. Cum autem Bassus tertiam supra sonuerit, Altus quintam, octauam, aut decimam concorditer iubilabit.

Si autem quis plures quam quatuor partes conficere uoluerit, sumat concordantias infra uel supra iuxta aliarum partium exigentiam, seruatis seruandis, quod arbitrio committimus conditoris seu compositoris. Conuerso modo si Bassum primo formare tentaueris, cum Discantu facere licebit, quod ex sequen-

ti pictasmate studiosus quisque percunctari poterit.

T 2 Exem.

# B E L L V M

Exemplum primi. Secundi. Tertij. Quarti membri.

♯			
b			
g	Altus ◊	Altus ◊	Altus ◊
	Disc. Ten. ◊	Disc. Ten. ◊	Disc. Ten. ◊
o	Bassus ◊		Altus ◊
♯		Bassus ◊	Altus ◊
b			Bassus ◊
g			Bassus ◊

## SEQVVTVR REGVLAE CLAV-

sularum in compositione cantilenarum, cum  
regulis pausarum in contrapuncto admit-  
tendarum, Ex Ornito-  
parcho.

### Caput XXXII.

Clausulae for-  
males.



IGILENT ITAQUE STUDIOSI, VT IN CAN-  
tilenis suis formales clausulas saepissimae ponant.  
Omnis enim cantilena eo est suavior, quo clausulis  
formalibus abundantior.

Discantus.  
Tenor.  
Bassus.

2. Omnis igitur clausula tribus constabit notis. Ultima, penulti-  
ma, & antepenultima. In ea q̄ Discantus ultimam semper habe-  
bit sursum. Tenor ultimam descendentem. Baritonus ultimam  
modo supra, modo infra Tenorem constituet, communiter ta-  
men in octauam infra detrudat, interdum etiam in quintam su-  
pra extollere licebit.

3. Tenor acutus in clausulam ultimam, modo eleuet modo de-  
primat, modo cum alijs ut in unisono disponat, mandamus:

4. Dis-

# M V S I C A L E.

4. Discantus in clausula penultimam supra tenorem in sexta, uel in quinta tenebit.

5. Si Bassus infra sextam occupauerit, collocabitur penultima tenoris in quinta. In sexta quoque si Bassus Tenoris & ipse Discantus clausulam assumpserit.

6. Et si clausula Tenoris in mi desierit, ut in deuterio concedimus, uel alias penultima, Bassus non in quinta, sed tertia infra tenorem locata, in quintam finalem cadat absque Discantus discrimine. Exempli gratia.



Tenor.



Baritonans.

7. Si clausula Tenoris terminata fuerit in re, ut communiter in Tenor in re. Protho. Bassus eleganter de quinta in tertia supra clausulabit, Discantu non uariato, licet in octauam cadere possit.



Tenor.



Bassis.

8. Si autem Tenor acutas & excellentes tetigerit, Discantus poterit descendere ad locum Tenoris.



# MUSICALE.

Discantus. Tenor. Bassus.

The image shows three staves of musical notation. The top staff is labeled 'Discantus', the middle 'Tenor', and the bottom 'Bassus'. The notation consists of diamond-shaped notes on a five-line staff, with various rhythmic values and accidentals.

15. Discantus raro faciat saltum per quintam sursum, sed per sextam & octavam sæpius, Cui & octava infra per nos prohibetur, reliquis interuallis omnibus concessis.

16. Bassus per sextam uel septimam saltare prohibetur: alios modos communes habeat concedimus.

Pausarum similiter in contrapuncto pluribus de causis consti- *Pause?*  
tutionem tollerandam duximus.

1. Primo remouendæ difficultatis gratia, dum enim duæ uel tres cantilenæ partes ita coaptantur, ut alias coaptare difficile sit, pausas poni permittimus, quoad difficultas illa cessauerit.

2. Propter uitare uoces fictas, atq; prohibita Musicæ interualla.

3. Propter duas concordantias perfectas distinguere, quæ se mutuo sequi non possunt, nisi uel nota uel pausa interueniat.

4. Formandarum fugarum gratia, quæ distribuuntur successiue per diuersas cantilenæ partes in exordio, uel quouis alio loco unius & eiusdem clausulæ. Et ideo à nobis in contrapuncto ut respiraretis admissum est, ne ob cantilenæ celeritatē, uel spiritus cātantis deficiat, uel ex inordinata respiratiōe cōfusio accedat, hoc modo.

Discantus. Tenor. Bassus.

The image shows three staves of musical notation, similar to the first example. The top staff is labeled 'Discantus', the middle 'Tenor', and the bottom 'Bassus'. The notation includes diamond-shaped notes and rests, illustrating the concept of pauses in counterpoint.

s. Etat

Modus perfe-  
ctus & tem-  
pus.

5. Et ut gradualium Musicalium in sua perfectione persistentium intrinseca signa atq; iudicia existant. Modus enim perfectus trium temporum paula intrinsecus designabitur. Tempus perfectum per duas pausas semibreues cum nota semibreui collatas.
6. Ob pluralitatem partium cantilenæ tollerantur pausæ à nobis. Cantilena enim pluribus quam quatuor partibus incedente, cantantibus quibusdam, quosdam pausare necessum est aliquando, ne uel ex uocum nimia elongatione, uel consonantiarum inconcinna permixtione, suauitas obtundatur, & concentus strepere magis quam consonare uideatur.

DE QVIBVSDAM HABILITATI-  
bus pueris instrumentali Musicae operam na-  
uantibus, utcumq; necessarijs &  
utilibus.

Caput XXXIII.

Exercitatio  
Muscorum  
instrumentali-  
um.



- VCVNDVM INSVPER FORE DVXIMVS, SI INSTRUMENTALES Musici ludendo fugas, ita eas adaptent, ut primo per semibreues, deinde per minimas, postea per semiminimas, postremo per fusas (si fieri potest) procedant, & sic deinceps, & tandem in proportionem redigant.
2. Item si interdum lenta mensura in modum Paduanæ ludendo processerint: nunc per longas, tum per breues notas contra punctum inserendo.
3. Item notare debent, quod in Bassu quandam gratiam inter ludendum bene alijs uocibus correspondentem requirimus.
4. Item congruum erit, satisq; sonabit iucunde, si cum perfecterunt fantasiam siue fugam, iterum ab octaua aliam fantasiam incipiant.
5. Item dum ludunt fugas, notandum est quod iucundum simulq; aptum erit aliam fugam à clausula præcedente incipere:
6. Item



## M V S I C A L E .

6. Item notare debent quod semper aut sæpe faciendo Fugas, eas simul in tertijs, sextis, & decimis accommodare poterunt.

7. Item habilis erit nõ aspernanda, si inter tangendum Cantionem Motetum, Fugas, uel aliud, cantauerint Tenorem uel Altum, aut si malint uocem Varitonizantem.

8. Item si ludendo tres uel quatuor uoces, unam intermisceant cantando, quam non ludant.

9. Item non minor dexteritas censebitur, si duos libros cuiuscunq; sint uocis accipiant cantando unam uocem simul & tangendo easdem infra scriptas, intermisceant alias uoces, ita ut ex duabus uocibus Cantionem quatuor uocum conficiant.

10. Item si inter tangendum Fantasiã aliquã, sit aliquis qui eandem Fantasiã cantet, cui Instrumentistę correspondeant, alter uero finita Fantasia pauset tres aut quatuor (plus minus) Pausas, & sic deinde sæpius repetat.

11. Item si ex Cantione uel Moteto talis Toni, totum officium Missę, &c. per similem Fantasiã ita peragant, ut totum quod luserint uideatur Cantionem uel dictum Motetum repræsentare.

12. Item si dum luserint Cantionem uel Motetum, circa finem aliquã ex eadem Cantione decerptam Fantasiã interposuerint, qua finem decorauerint.

13. Item postquam luserint Motetũ in Tempore imperfecto, si postea in Proportionis mensuram redegerint.

14. Item si acceperint Cãtilenam alicuius Toni, cui Tonum contrarium intermisceant, ut puta octauũ uel alium Tonum: & Cantionem aliquã alicuius alterius contrarij Toni.

15. Item iuuabit eos non parum, si ludendo Cantionem, Motetum uel Fugas se exercuerint, ut nihil aliud cantando proferant quam Fugas, siue Fantasiã, ab altera uocum ad alteram.

16. Item multum dulcoris auribus audientium adferent, si inter tangendum Cantionem aliquã, eas notas quę minimæ uel semi: dicuntur, interdum in mensura lenta luserint, interdum etiam in modum saltandi redegerint, ita ut sub eadem Cantione lento modo & saltando ludant, tangant, uel pulsent.

17. Item si Cantionem quæ lento modo procedit, leuius tangant,

## B E L L V M

gant, ita ut uideatur Breuis Semibreuis esse : iterum Semibreuis Minima, & Minima Semiminima .

18. Item è contra, si luserint eas quæ Semibreues sunt, ut Breues minimas pro semibreuibus, sicut semiminimas loco minimarum, quod non contemnendæ habilitatis esse existimamus.

19. Item egregiorum Organistarum, Instrumentistarum, aliorumq; munus erit inter tangendum, ita omnium manus effingere, ut astantes, eosq; non uidentes, sed audientes solum, alios esse iudicent, decipianturq; disputantes inter se de Musico tangente, alium pro alio esse arbitantes: quod facile efficient, si procuraerint imitari quosquos audierint, tam indoctos, quam peritos: neque poenitebit utrosq; audiuisse, tum ut ab istis aliquid excerpant: tum ut etiam uitare discant, quæ illis male conuenire senserint.

20. Item dum aliquam uocem fistulant, si simul etiam Bassum, Tenorem, uel aliam uocem contra cantent, cum dulci susurro, quod facile usu aquirent.

21. Item si Cansionem uel Motetum cuiuscunq; Toni, quod uel finitur in ffaut, uel a fibi, finire faciant in c sol faut, g sol reut, b fa H mi, uel ubicunq;, transferendo Tonum ad tertiam, quartam, quintam, usq; ad octauam: secundum instrumentorum quibus apud illos luditur uel fistulabitur exigentiam: etiam interdum per Semitonia, si ita res postulauerit.

22. Item illud maxime præcipuum est, ut quantum potuerint memoriæ commendent, ad minus locos siue Fugas aut Fantasiæ magis idoneas: sic tandem efficient ut in uiros euadant: quo facilius fiat, nouerint exercitatione opus esse, & multarum Musicarum rerum percurritione. Unde fiet ut quod iam assequi non ualuerint, olim reminiscantur, cum maxime oblitos sese esse, obliuioniq; tradidisse existimauerint.

23. Item interdum iucundum erit eas Cansiones aut Motetos qui b mollariter descripti sunt, & duraliter ludere: & è contra qui H duraliter inscripti sunt, b mollariter tangere, ita ut quod tangitur audientium aures fallat.

24. Postremo non ignorent quod ueteres prohibuerunt ultra Disdiapason

## M V S I C A L E.

disdiapason non progredi, ibiq; consistendum censuerint, ad Cantores referri, & non ad Musicos instrumentales.

Cum igitur quis Fantasia siue Fugam ludere uoluerit, postq; uiderit Fugam se sequi non posse, Poterit aliquem Contrapunctum cōtra hoc quod de Fuga super est, facere & ludere: ita tamē ut correspondere dictæ Fugæ uideatur, & quasi eadem Fantasia aut ei proxima esse appareat. At si fortuitu quædam Fuga ad modum Cadantiq; inceperit, primam notam quæ semibreuis est, poterit facere minimam, & alteram quæ minima est poterit eodem modo facere semibreuem. Et tandem si fuerint duæ notæ inter quas prima sit minima, sicut illa quæ sequitur, poterit primæ notæ punctum addere, & alteram minimam reddere, & è contrariio. Qui potest capere capiat.

### DE ACCENTV ECCLESIASTICO, & Punctis, Ex Andrea Ornitoparcho.

#### Caput XXXIII.



VM IGITUR A FACILIORIBVS AD DIFFICILIORA innatus sit nobis processus, & quia facilius legendo quam cātando, errores incurrisse (quod cum alijs canitis, soli autē legitis) uos attenderemus, ut & uos in hac re iuuaemus, Accentum Ecclesiasticum adire libuit, rem sane difficilem, tum quod & Grammaticum requirit & Musicum, tum quod usu potius quam scripto traditus sit (antea enim aut pauci admodum, aut nulli Ecclesiasticum Accentum tractauere) Primum igitur generales Accentuationis regulas, & subinde speciales congruo ordine enodabimus. Accentus itaque erit certa lex seu regula locutionis ad eleuandam deprimendam ue cuiusque dictionis syllabam. Inepta que sit locutio quæ non exornatur accentu. Is demum Ecclesiasticis competet

*Accentus Ecclesiasticus.*


*Definitio Accentus.*

# B E L L V M


Accentus, qui per melodiam quarumlibet dictionum, syllabas iuxta Accentus sui naturalis exigentiam, regulate pronuntiabit.

*Dictio mono-  
syllaba.*

1. Primo igitur. Omnis dictio monosyllaba indeclinabilis uel barbara, acutum exiget Accentum, ut Astarot, Senacherib, me, te, sum.



Dominus locutus est, clamate ad me, & ego reficiam uos.



Deus dominusq̄.

*Dictiones græ  
cæ & Hebræ*

2. Dictiones Græcæ & Hebræ in Latinis terminationibus, Latinum retinebunt Accentum, ut Parthenopolis, Nazarenus, Hierosolima.

3. Dictiones Græcæ & Hebræ Latinam inflectionem non habentes acuuntur, ut Cryson, Argyrion, Effrayn, Hyerusalem.

*Gravis accen-  
tus.*


4. Gravis Accentus in fine completæ sententiæ, acutus pariter, moderatus autem & medius, non nisi in fine incompletæ sententiæ proferentur.

5. Gravis Accentus non repetatur, nullo alio interueniente, nisi oratio adeo breuis existat, ut alius interuenire non possit.



Factum est uespere & mane dies secundus: dixit quoq̄ Deus.

6. Prima syllaba dictionis semper Accentum recipiat, siue breuis siue longa sit.




Et fugit uelut umbra, & in amaritud, morabitur oculus meus.

7. Dictio

# M V S I C A L E.


7. Dictionis polysyllaba in fine orationis posita, aut habeat penultimam longam, aut breuem, Si longam: Accentus cadat in eam, Si breuem: tunc antepenultimam Accentus recipiat.



Lignū si præcisum fuerit rursus uirescit. Et rami eius pullulant.

8. Oratio interrogatiua siue habeat in fine dictionem monosyllabam, siue dissyllabam, siue polysyllabam, Accentus semper cadat super ultimam eius, & illa acuatur. Signa autem quæsitivæ orationis erunt. Quis, quæ, quod (cum natis) cur, quare, quando, quamobrem, quomodo, qualiter, quorsum, quousq; quoad, quo, qua, unde, ubi, cuius, cuius, cuius, utrum, an, ne, nonne, nunquid, & similes quibus iungentur uerba quæsitiva, ut quero, interrogo, postulo, inuestigo, scrutor, insuper audio, uideo, &c.

*Oratio interrogatoria.*



Vnde es tu? Quid est homo? Quantas habeo iniquit. & peccata?

At quoniam Ecclesiasticus Accentus plerumq; Punctis cognoscitur, necessarium etiam nobis uisum est, quorundam nostro proposito seruientium Punctorum naturam regulis aperire.

*Punctus.*

1. Primo itaque Punctus quem Virgulam nominamus, si inter plures dictiones eiusdem Partis orationis locatur, eas distincte legendas designabit.

*Virgula.*

2. Geminus Punctus, uel Punctus præcise ad medium lateris dextri locatus, medium signabit Accentum, qui per tertiam descendit.

*Punctus geminus.*

3. Punctus in fine alicuius orationis ultra medium aliquantulum eleuatus, Accentum aut acutum, aut moderatum, secundum sententiæ Tenorem repræsentabit.

*Punctus finalis.*

4. Punctus ultra dictionis medium aliquantulum depressus, grauis Accentus existet indicium.

*Punctus depressus.*


5. Punctus interrogatorius qui sic formatur; alicubi locorum re-

*Punctus interrogatorius.*

**V** 3 **percus,**

# B E L L V M


perius, ultimam syllabam dictionis cui iungitur acuto Accen-  
 proferendam demonstrabit. Quorum omnium evidentia se-  
 quenti elucescit exemplo.




Hesternam die cum equitasssem in campum uirentem, herbosum,




floridum, spaciaturus in eo, occurrit mihi lepuseulus cum ge-




nitore suo. insequens eum catellis meis sex, apprehendi




duntaxat pusillum in ualle montis Oreb. Deliberans autem




cui leporinas istas carnes esset condonaturus? interrogans



comitem meum quid esset suasurus? Sano mihi consilio dixit.



Hortor cum fiducia eas dono dare Comiti de Brunschweich.



Tu autem Domine, miserere nobis.

De Accen

**M V S I C A L E.**  
**DE ACCENTV EPISTOLARVM, E**  
**uangeliorum, & Prophetiarum, Ex Andrea**  
**Ornitoparcho.**

**Caput XXXV.**




**EPISTOLARVM POSTEA ACCENTVS TOTALIS,** *Accentus tota*  
 diuersificabitur secundū Diocesum ac Religionum *lis & partia-*  
 diuersitatem, partialis tamen idem erit apud om- *lis.*  
 nes, quoniam ex syllabarum quantitatibus procedit.

1. Primo igitur omnis & Epistolarum & Euangeliorum Accen-  
 tus, ex finalium dictionum syllabis & earundem numero com-  
 prehenditur.


2. Quando in fine dictionis dictio monosyllaba collocabitur,  
 Accentus uariabitur secundum præcedentium dictionum ua-  
 rietatem.

3. Si monosyllabam finalem præcedit alia monosyllaba &  
 ipsam tertia, prima ueniet eleuanda, hoc modo.




Sic inflati sunt quidam, tanquam non uenturus sit ad nos.

4. Si monosyllabam finalem præcedit dissyllaba, prima eius  
 erit eleuanda, siue sit longa, siue sit breuis, ut sic.



Omnia enim uestra sunt. Si quis diligit Deum ex eo est.

5. Si monosyllabam finalem trisyllaba præcesserit: tunc si pe-  
 nultimam longam habuerit eleuabitur. Sin autem breuem, Ac-  
 centus in antepenultimam transferetur, sic.



In pace Deus uocauit uos. Dispensatio mihi credita est.

**Sin**

# B E L L V M

6. Si in fine dictionis dissyllaba locatur, tunc penultima præcedentis dictionis eleuabitur, si longa sit: sed si breuis antepenultima, hoc modo.



Et dixit mihi, & in plenitudine sanctorum detentio mea.

7. Si in fine orationis trisyllaba posita fuerit, & eam præcedit monosyllaba, tunc illa est eleuanda. Sin autem dissyllaba, eleuetur prima illius, siue longa siue breuis sit. Quod si sit breuis, eleuatio in antepenultimam illius transferetur.




Tu scis omnia. Nōne dixit Dominus. Cantantes Deo gloriam.



At illi dixerunt Domino, Nouit omnia Dominus.

8. Si in fine orationis ponitur dictio plurium syllabarum quam trium, tunc prima eius debet eleuari si longa sit. Sin autem breuis, Accentus cadat in præcedentem dictionem.



Dixit Dñs omnipotens, in tēplo Salomonis sunt aurei parietes.

*Accētus Euan-  
geliorum.*


Euangeliorum item Accentus totalis, alius cum sit in alia diocesi ac regione: Partialis tamen qui unus est apud omnes, infra scriptis regulis notificabitur.

1. Primo ergo si oratio terminata fuerit in dictionem monosyllabam, & illam præcedit alia, & ipsam tertia, Accentus à prima recipietur.

Surrexit




# M V S I C A L E.



Surrexit non est hic.

Si monosyllaba in finalem dissyllaba præcesserit, prima eius Accentum recipiet, siue longa fuerit siue brevis.



Omnia uerba hæc. Dominus dedit hæc.

3. Si monosyllabam finalem polysyllaba præcedit, Accentus cadat in antepenultimam illius si longa sit. Sin autem brevis, antepenultima Accentum recipiet.



Dolentes querebamus te. Nonne dixit omnia hæc.

4. Si oratio terminatur in dissyllabam, præcedentis penultima dictionis eleuabitur, si longa, quod si correpta fuerit, antepenultima eleuabitur.



Vt describeretur uniuersus orbis. Abraham autem genuit Iacob.

5. Si oratio in trisyllabam deserit habentem penultimam longam, tunc Accentus cadat super ultimam præcedentis. Quod si brevis fuerit, penultima eius Accentum recipiat.



Ex ea quæ fuit Vriæ. Et clausa est ianua.

X 6. Si fina

# B E L L V M

6. Si finalis dictio orationis plurium syllabarum quam triam extiterit, Accentus cadat in primam illius si longa sit: sed si brevis, ultima præcedentis eleuetur.



In transmigratione Babylonis. Et filius altissimi uocabitur.

Accentus Prophetarum.

Prophetiarum accentuandi modus, cum adhuc duplex remanserit. Quædam Epistolarum more legentur, quemadmodum diebus festiuitatum diuæ Virginis, Epiphaniæ, Natiuitatis Domini, & similium, quæ Epistolarum retinebunt Accentum. Quædam uero ex more Matutinalium lectionum decantabuntur, ut in nocte Christi, & in ieiunijs quatuor temporum, & hæc Accentum retinebunt illarum lectionum. Quamuis nihilominus in pluribus locis plerumque in accentuatione mos ac ritus patriæ seruetur & loci: (contra tamen nostras regulas) sicuti in Ecclesia Magdeburgensi. Tu autem Domine, media producta legitur ex consuetudine illius Ecclesiæ: ubi aliæ nationes regularum obseruatrices mediam corripunt. Nec uos moueat, si diocesi in qua fueritis scripta nostra aliquo modo contraire uidebantur. Quod licet in paucis fiat, ut in plurimis tamen concordiam habebunt.

## DE DECEM PRAECEPTIS OMNI canenti necessarijs, Ex Andrea Ornitoparcho.

### Caput XXXVI.

Accentus in canendo.



**E**T CVM VARIIS VARIIS IN DIVINA LAUDE abusionibus agitentur, modo indecenter corpus mouendo, modo indecoros oris hiatus faciendo, modo uocales mutando. Cumque quisque suo uiuat genio, nec iisdem omnes pareant legibus, nationumque diuersitas diuersos mores habeat, atque ritus, habitu, ritu, studio, sermone, cantu: & cum

# M V S I C A L E.

& (cum sit melius familiaritatem destruere, quàm contra ueritatem aliquid diffinire, temere ueritas dicere cogit, quæ amor patriæ propalare repræhendit) Germania Cantores plures, Musicosque paucos nutriat. Nam præter eos qui in sacellis Principum aut sunt, aut fuerunt, paucissimi canendi disciplinam, cleri gloriam uere cognoscant: Magistratus enim quibus hæc res cõmissa erat, Cantores secundum uocis asperitatem, nõ artis peritiam ceremonijs ac iuuentuti præfecerunt Deum boatibus mugitibusque placari arbitantes, qui suauitate magis quàm stridore, plus affectu quàm uoce, in scripturis legitur gaudere. Nam ubi in canticis Salomon uocem Ecclesiæ in auribus Christi sonare scribit, mox causam, ut quia dulcis sit, subiungit: Recte igitur Baptista Mantuanus Neotericus Vergilius in omnem turgidum Musicum atque boantem Cantorem inuectus dixit.

Cantores in  
Germania.

Baptista  
Mantuanus.

*Cur tantis delubra bouum mugitibus implet?  
Tu ne Deum tali credis placare tumultu?*

Quem in Cymbalis non simpliciter, sed bene sonantibus laudandum Propheta præcepit, Prouidete mihi aliquem bene psallentem: Statuimus ergo præceptis quam breuissimis Cantores quosque, quo minus errent instituire.

Psalm. 150.

## SEQVUNTUR DECEM PRÆCEPTA, omni canenti necessaria ex supra dicto Andrea Ornitoparcho excerpta.



**P**RIMUM igitur, cupiens quicquam decantare, præ omnibus Tonum ac repercussionem eius diligenter animaduertat, Nam qui Cantum citra Toni cognitionem canit, idem facit, quod is, qui Syllogismum extra modum, ac figuram componit.

X 2 2. Scas

## B E L L V M

2. Scalam sub qua Cantus decurrit uigilanter attendat, ne ex molli durum, aut ex duro mollem faciat.

*Saxones.*

3. Vocem quisq; canentium uerbis conformare studeat, ita ut in re lamentabili tristem, hilari quantum potest iucundum cōcentum promat. Qua in re non possumus non mirari Saxones præclarissimos Germaniæ populos, quod in mortuorum exequijs præ acuto hilari atq; iucundo concentu utantur, non alia ut reor causa, quam quod uel mortem ( ut Valerius de Cleobi & Bitone fratribus lib. 5. scribit) summum hominibonum esse: uel post corpus animas (ut apud Macrobiū lib. 2. de somnio Scipionis est) ad originem dulcedinis Musicæ, id est cœlum recidere credant. Quod si ita est ipsos mortis huius terrenæ strenuos contemptores, ac futuræ gloriæ zelatores iudicamus.

*Mensura.*

*Genesis.*

*Franci.*

*Ecclesia Her-  
bipolensis.*

*Ecclesia Pra-  
gensis.*

4. Mensuræ præ omnibus teneatur æqualitas, nam sine lege & Mensura canere, est Deum ipsum offendere, qui omnia numero, pondere, & mensura benefecit. Quare resipiscant Orientales Franci, gentiles nostri, nec ut antea in Choralibus notulas iam producant, iam corripiant. Sed ab Herbipolensi Ecclesia capite suo in quo optime canitur, canendi exemplum sumant. Quod & Pragensi Ecclesiæ non minus foret utile quam decorum, quin & ipsa notas iam producit, iam plus æquo absumit.

5. Autenticorum, Autentorum Tonorum Cantica, profunde, Subiugalia acute, Neutralia uero mediocriter intonentur, hæc enim in profundum, illa in acutum, uerum ista in utrumque tendant.

*Mutatio uo-  
calium.*

*Religiosi cam-  
pestres.*

*Renenses.*

*Vuestphali.*

*Saxones &*

*Sueui.*

6. Quoniam Mutatio uocaliū parum docti est cantoris iudicium, licetq; uarij in hoc populi uarie peccent, multitudo enim peccantium non tollit peccatum. Qua in re attendant in primis Francine, u, pro, o. ut solent amplius pronunciant, nuster pro noster dicendo. Religiosi quoq; campestres censuram non euadunt, dū Aremus pro Oremus legunt, simili abusione Renenses omnes à Spyra usq; Confluentiam, i, uocalē in, ei, diphthongon uertunt, Mareia pro Maria dicentes. Vuestphali pro, a, uocali, a & e coniunctim promunt, uidelicet a e b s t e pro a b s t e. Saxones interiores, ac tota natio Sueuorum, e, uocalē per, e, & i, legunt, Di-  
us pro

# M V S I C A L E.

us pro Deo dicentes. Germaniæ quoque inferioris incolæ omnes cõiunctim, u, & e, pro, u, uocali exprimunt. Lothoringi, pro, a, su, munt, e, Meria pro Maria dicentes, grætia plena pro gratia plena, & similia. Quos errores licet Germaniæ aut aliarum nationum lingua persæpe requirat: Latina tamen que nihil commertij cum uulgaris habet, maximopere abhorret.

*Germani infē  
riores.  
Lothoringi.*

7. Caueat Cantor ne asinino clamore Cantum plus æquo uel incipiat, uel inceptum uocis instabilitate sursum trahat, non enim clamor, sed amor aures demulcet omnipotentis, non strepitus labiorum (inquit Erasmus noster) sed ardens animi uotum, uelut uox intensissima diuinas ferit aures, non clamor: Moses nullam ædebat uocem & tamen audiuit. Quid clamas ad me?

*Libro de mo-  
do orandi.  
Exodi 14.*

8. Differentiam Festi à Festo quisque canentium discernat, ne simplici Feria uelut summa, uel solemnizet uel torpeat omnino.

9. Indecentis oris hiatus, atque indecentis corporis motus, Cantorem declaramus insanum.

10. Monemusque postremo ut super omnia Deo cõplacere Cantor studeat, non hominibus. Inter omnes etenim homines (inquit Guido) fatui sunt Cantores, quibus querenda deuotio contemnitur, uitanda lasciuia queritur, quoniam id quod canunt, ad homines non ad Deum ordinant, humanam illam gloriam querunt, ut æternam amittant, hominibus placere conantur, ut Deo displiceant. Alijs deuotionem qua ipsi carent ingerunt. Creaturæ fauorem, laudemque & uenantur & ambiunt, creatoris autem contemnunt. Cui debetur honor, cui reuerentia, cui famulus, cui uos nosque uobiscum deuouemus. Cui laudes decantemus quamdiu fuerimus. Ipse enim à terra suscitauit inopes,

*Psalms. 112.*

& de stercore erigit pauperes. Benedictum sit  
nomen eius gloriosissimum,  
in sæcula sæculorum.


Amen.

F I N I S.

**Errata, quæ sententias uariare uisa sunt, Candide  
Lector annotauimus, tu, si quid amplius er-  
ratum esse conspexeris, benigniter emen-  
dare non dedigneris.**

- Charta A.** Pagina 3. linea 20. lege, partim. pag. 8. lin. 27. quid & li. 28. puritate.
- Charta D.** Pagina 1. linea 13. post tollerandum, adijce. quid censes? lin. 33. cupiditatis. pag. 4. lin. 21. nunquam. pag. 5. lin. 8. ululatu. pag. 7. lin. 31. tumore. pag. 8. lin. 23. concentus & temperatam. Pagina 3. lin. 12. lege easdem. pag. 4. lin. 26. cursus. pagin. 5. lin. 3. deriperet. lin. 11. Mayam. lin. 12. Electram. lin. 14. Plexauram. pag. 6. lin. 20. Mirtilus, & nati. pag. 7. lin. 9. indicato. pag. 8. lin. 6. Charites. lin. 26. ab inuicem.
- Charta F.** Pagina 1. lin. 9. lege, trigeminum. lin. 23. melleo. Pagina 3. lin. 31. lege, in-
- Charta G.** concinne. pag. 5. lin. 10. post, fecero, adijce, nam. lin. 28. post, uirtutem, adijce, nonne.
- Charta H.** pag. 6. lin. 28. modulantium. pag. 7. lin. 30. quomodo. Pagina 4. li. 16. post me-
- Charta I.** diu, adijce. quæ. li. ultima, præierint. pa. 5. li. 29. Laruati. pa. 6. li. 33. præ. Pagina 2. li. 32. post figurataru, adijce, notarū. pa. 4. li. 32. contegeres. pa. 5. lin. 11. ignominiâq;
- Charta K.** pag. 7. lin. 30. quæ. Pagina 1. lin. 1. lege, sequebantur. pag. 2. lin. 5. quæ. lin. 26.
- Charta L.** & 27. manipulorum. pag. 4. lin. 1. quia. pag. 8. lin. ultima, animum. Pagina 4. lin. 15. post, centuriones, depone &. lin. 25. quarum. pag. 5. lin. 20. alterationis. pa. 8.
- Charta O.** lin. 11. distantium. Pagina 2. lin. 1. lege, Tonorum. lin. 14. depone, id est. lin. 17. largitor. pag. 3. lin. 21. quidem. lin. 22. Tonis. lin. 27. Autenticorum: Plagalium. pa. 5. lin. 22. coniunctas. pag. 6. lin. 15. Holores concinebant. lin. 31. ueliuolum. pag. 8. lin. 1.
- Charta P.** nudatos. Pagina 5. lin. 17. lege, deduxerunt. pag. 6. lin. 19. pransis.
- Charta Q.** Pagina 3. lin. 4. lege, obstrepebat Holori. lin. 6. alumnae. pag. 7. lin. 16. descen-
- Charta R.** deret. Pagina 1. lin. 8. lege, saucitæ. pag. 4. lin. 2. (■) (■)
- Charta S.** Pagina 1. lin. 14. canendi.

**ARGENT. IN OFFICINA  
PAULI MACHAEROPOEI,  
ANNO M. D. LXIII.**



OLOR

CORVVS

MINERVA

PALLAS

VITHREA

Phoe  
mu  
de  
bo et  
sis  
di

MERCVRIVS

PHCEBVS

HERC  
LES

BACCHVS

Ovidius Primi cano

ITALIA Labores

Leonis Mulerius